


ACTA  
FACULTATIS  
ARTIUM  
UNIVERSITATIS  
S. ANDREAE  
1413-1588

II

THIRD  
SERIES

Scottish  
History  
Society



~~Ref. 54~~

SCS. SHS. 136





PUBLICATIONS  
OF THE  
SCOTTISH HISTORY SOCIETY  
THIRD SERIES  
VOLUME  
LV

---

ACTA FACULTATIS ARTIUM  
UNIVERSITATIS SANCTIANDREE  
1418-1588

VOLUME II



ACTA FACULTATIS ARTIUM  
UNIVERSITATIS SANCTIANDREE

1413-1588

VOLUME II

Edited by  
ANNIE I. DUNLOP  
O.B.E., M.A., Ph.D., D.Litt., LL.D.



EDINBURGH

Reprinted by T. & A. CONSTABLE LTD.  
Printers to the University of Edinburgh  
for the Scottish History Society

1964

First published for the University Court of the University  
of St. Andrews (St. Andrews University Publications No. LVI)  
by Oliver and Boyd, 1964.



© 1964 · The University of St. Andrews

*Printed in Great Britain*

19 October 1453

Congregacione tenta xix<sup>mo</sup> die Octobris anno et loco quibus supra. Ubi electus fuerat Quodlibetarius viz. magister Thomas Baroun. Insuper recepti erant ad Facultatem quatuor magistri viz. magister Willelmus Cranno, magister Johannes Barre, magister Adam Sinclar, magister Robertus Bron, qui iuramenta consueta prestabant. Insuper duo primi astricti erant Facultati in xxx s. persolvendis infra hinc et Penth[e]costen, ita quod quilibet eorum solvat xv s. quia alibi creati erant magistri arcium. In super iidem<sup>1</sup> erant recepti in regentes prestito iuramento consueto.

1453-1454

Nomina Determinancium hoc anno liii<sup>o</sup>

Robertus Frostare	Dominus Willelmus Fratour, rector
Jacobus Monypane	de Felorth <sup>2</sup>
Robertus Gray	Alexander Lombisdan, rector de
Thomas Frostare	Flisk
Henricus Blak	Johannes Swthirlande rector de
Clemens Cwrrur	Dofhous <sup>3</sup>
	Willelmus Gray
<Dominus Johannes Logan, rector	Johannes Modurath, pauper> <sup>4</sup>
de Restaurik	

3 November 1453

Congregacione Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem anno Domini m<sup>mo</sup> [cccc<sup>mo</sup>] quinquagesimo tercio, die vero tercio Novembris, pro electione<sup>5</sup> novi Decani et Receptoris novi. Electus erat in decanum magister Walterus Blar subdecanus Rossensis ecclesie et magister Robertus Pantre continuatus fuerat in receptorem. Preterea per Facultatem assessores electi et Decano dabantur quatuor viz.<sup>6</sup> magistri scilicet Johannes Athilmer Sacre Theologie Decanus ac Sancti Salvatoris Prepositus et in

<sup>1</sup> *idem* in text.<sup>2</sup> Philorth, in Aberdeenshire.<sup>3</sup> Duffus, in Moray.<sup>4</sup> The names in the second batch are in a different hand from the first.<sup>5</sup> Written twice and the second scored out.<sup>6</sup> *principales scilicet* scored out after *viz.*

absencia sua senior illius domus regens, Thomas Ramsay et in sua absencia similiter sue domus senior regens, Adam de Ebborn de Dunbar decanus <et><sup>1</sup> Thomas Baron licenciatus in sacra pagina et rector ecclesie parochialis de Malvin,<sup>2</sup> et ad votum Decani David Meldrum. Ipsi vero Decanus et Receptor solitum et consuetum prestiterunt juramentum.

fol. 38<sup>v</sup>

ACTA VENERABILIS VIRI MAGISTRI WALTERI BLAR ARCIUM  
MAGISTRI SUBDECANI ROSSENSIS DECANI FACULTATIS AR-  
CIUM STUDII SANCTIANDREE.

5 January 1453-54

Congregacione tenta in nova scola Facultatis Arcium quinto die Januarii anno Domini millesimo cccc<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio. Dabantur per Facultatem certi deputati ad audiendum compotum Receptoris. In quaquidem Congregacione supplicabat magister Archibaldus Qwitlaw ut scola inferior que pronunc ut asseruit privatis usibus quorundam magistrorum Facultatis accomodata fuit ad communes usus et utilitatem tocius Facultatis redigeretur, ut videlicet in eadem scola communia et festa publica Facultatis fieri poterint, adiuncta sibi coquina ad australem partem quam desideravit dictus magister *ibidem*<sup>3</sup> construi communibus expensis Facultatis ad utilitatem eiusdem. Insuper supplicavit dictus magister quatenus ortus domus nove Facultatis ad utilitatem Facultatis coleretur per aliquem ortulanum ad hoc eligendum a Facultate aut quod alias quomodo-cumque verteretur ad communes usus Facultatis. Super quaquidem supplicatione proposita et Decano inquirente vota singulorum, conclusum fuit per Decanum et Facultatem quod scola inferior una cum orto in usus communes et utilitatem Facultatis ammodo verteretur.<sup>4</sup> De modo vero alienacionis nove scole per dictum magistrum supplicantem proposito et de structura coquine conclusum fuit quod

<sup>1</sup> *et* added above the line.

<sup>2</sup> Melville, now in the parish of Lasswade, Midlothian.

<sup>3</sup> *ibidem* twice written and first scored out.

<sup>4</sup> *verterentur* in text.

Decanus cum deputatis sibi advocandis quid in huiusmodi expediret avisaret.<sup>1</sup> Item supplicatum<sup>2</sup> fuit eodem die pro parte Georgei<sup>3</sup> Monypenny bachalarii in artibus Parisius ut asseruit, quatenus admitteretur bachallarius per Facultatem et conclusum fuit quod docto de promocione sua ad gradum bachallariatus et soluto de bursa Receptori Facultatis admitteretur. Idem Georgeus Monypenny domino Decano Facultatis sufficienter notificavit de promocione sua ad gradum bachallariatus Parisius per sigilla autentica Procuratoris et Receptoris Nacionis Almanie Universitatis Parisiensis una cum signeto Rectoris eiusdem Universitatis.

8 January 1453-54

Compotum magistri Roberti Pantre Receptoris Facultatis Arcium etc. anni liii datum viii<sup>o</sup> die Januarii coram Decano et deputatis. Omnibus computatis et allocatis remanent in deposito in manibus predicti Compotantis v lib. xii d. Cetera alia debita manent in eadem forma sicut in ultimo compoto anni immediate<sup>4</sup> precedentis exceptis xl s. magistri Georgii Cerass debitis per eum pro lectura sua et xx s. magistri Henryci Cobburn similiter pro lectura et iii s. pro magistro Alexandro Scrymgeour pro capa sua solutis. Item receptus est debitor Thomas Hay licenciatus pro fratre suo et exoneratus est Johannes Atholie arcium magister etc. Item debitores anni instantis, in primis Thomas Hay de Sandfurde debitor pro magistro Roberto Sken xx s. pro lectura eiusdem magistri. Item pro magistro Philippo Lyndesay, debitor dominus Farqwarius de Calder canonicus Abberdonensis pro xx s. pro lectura. Item xx s. pro lectura magistri Alexandri Lyndsay, debitor magister Thomas Barown. Item iii s. vi d. pro dispensacione tercię respensionis in vico Johannis Bonar licenciati, debitor dominus Thomas Pottar. Item xx s. pro lectura magistri Thome Guthre, debitor Andreas Ramesay. Item xx s. pro lectura magistri <Patricii><sup>5</sup>

<sup>1</sup> *avisarent* in text.

<sup>2</sup> Altered from *supplicavit*.

<sup>3</sup> *Georgii* in text.

<sup>4</sup> *immediati* in text.

<sup>5</sup> Inserted above the line.

Cunygame, debitor Johannes Pollow. Item pro lectura magistri Roberti Brown, debitor Johannes Crage pro xx s. Item xx s. pro lectura magistri Patricii Haliburton, debitor Johannes Dolas textor. Item xx s. pro magistro Johanne Bell, debitor Robertus Spens. Item xx s. pro lectura magistri Ade Synclar, debitor magister noster Johannes Athilmer Prepositus Collegii<sup>1</sup> Sancti Salvatoris. Item xx s. pro lectura magistri Alexandri Roberti, debitor Thomas Clochre. Item xx s. pro lectura magistri Thome Thurbrande, debitor idem Thomas Clochre. Item xx s. pro lectura magistri Alexandri Hoge, debitor Johannes Crag scissor.

29 January 1453-54

fol. 39r

Congregacione tenta in nova scola Facultatis Arcium vicesimo nono die mensis Januarii anno etc. quinquagesimo tercio. Ex parte domini Episcopi Sanctiandree propositum fuerat per magistrum Johannem de Balfowr qualiter idem dominus noster Sanctiandree lamentando statum Facultatis Arcium vidensque dissolutionem studencium modernis temporibus in eadem Facultate, que verisimiliter oriri videbatur ex necligencia regencium excessus scolarium suorum corrigere non curantium aut forte pertimentium ne occasione correctionis huiusmodi excessuum dicti sui scolares de uno pedagogio ad aliud se transferrent, pro reformatione dissolutionis et lascivie que in scolaribus nostri temporis occasione prefata permaxime vigent, congruum et expediens arbitrans esse ut fieret unio pedagogiorum pro quinquennio. Hoc ipsumque in deliberatione Facultatis dominus noster Sanctiandree publice proponi fecit per dictum magistrum Johannem de Balfowr, et finaliter scrutatis votis singulorum super propositis per Decanum in deliberacione ex parte domini nostri Sanctiandree conclusum fuit quod abhinc pro termino quinque annorum unicum esset pedagogium, et huiusmodi statutum a nullo infringi poterit sed ab omnibus magistris in eadem Facultate inviolabiliter observaretur pro termino <quinque><sup>2</sup> annorum ut supra dictum est, nisi

<sup>1</sup> *ecclesie* deleted before *Collegii*.

<sup>2</sup> Added above the line.

ita contigerit quod interim ex aliquibus causis opportunis supervenientibus dominus noster Sanctiandree una cum Facultate huiusmodi decretum et conclusionem velit immutare. Consequenter dictus magister Johannes Balfowr Facultati insinuavit quod voluntas domini nostri Sanctiandree foret ut magister Johannes de Atholia unione facta regeret in pedagogio si Facultati placeret, et conclusum est ita per Facultatem nemine contradicente. Supplicavit insuper magister Johannes de Atholia pro parte quorundam <bachaliorum><sup>1</sup> de pedagogio magistri Johannis Athilmer deficiencium in tercia responsione quatenus Facultas dispensaret cum divitibus more solito solvendo iiiior sol. et vi d. et cum pauperibus graciose super tercia responsione. Nomina divitum: Johannes Hay senior, Johannes Hay junior, Georgius Monepenny, Johannes de Campo, Willelmus Bulle, Patricius Maysoun. Nomina pauperum: David Taverner et Johannes Dunde. Supplicavit insuper magister Johannes Boyl pro parte quorundam bachaliorum<sup>2</sup> de pedagogio magistri Thome Ramsay et Facultas graciose dispensavit cum pauperibus, et cum divitibus dummodo solvant unusquisque iiiii sol. et vi d. hac vice dumtaxat.

13 March 1453-54

Congregacione tenta in nova scola Facultatis Arcium anno quo supra die mensis Marcii decimo tercio. Decanus secundum formam statutorum interrogavit regentes si scirent aliquos de scolaribus suis habentes requisita ad examen pro licencia, qui examinati per sua juramenta ut moris est presentarunt quindecim,<sup>3</sup> a quibus Decanus recipiens litteras testimoniales magistrorum suorum regencium necnon et juramentum de etate et complemento temporis requisiti comperit predictos quindecim omnia habere requisita usque ad scienciam, ad quos quidem quindecim examinandos Facultas nominavit quatuor temptatores videlicet magistros Johannem Leonis, Archibald Qwitlaw, Johannem de Atholia et Johannem Lok. Item in

<sup>1</sup> Above the line. Altered from *determinancium*.

<sup>2</sup> Originally *determinancium*.

<sup>3</sup> *quindecem* in text, here and below.



eadem Congregatione magister noster magister Johannes Athilmer sacre theologie professor pro parte quorundam licenciatorum et magistrorum novellorum consuluit Facultatem super dubio quod ortum fuerat inter dictos licenciatos et magistros novos, videlicet an magistri locari debeant in congregationibus et actibus publicis secundum ordinem datum eisdem in licencia ab examinatore ita quod qui prior fuerat in licencia semper debeat prior esse in locacione etiam si posterius acceperit insignia magistralia, vel qui prius acceperit insignia magistralia prior in ordine magistrorum sit locandus dato etiam quod posterior<sup>1</sup> sit in licencia. Cuius quidem dubii discussionem Facultas commisit Decano et assessoribus suis.

13 April 1454

fol. 39<sup>v</sup>

Congregatione Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem decimo tercio Aprilis. Electi sunt a Facultate duo provisores pro festo Sancti Johannis viz. magistri Robertus Țule et Johannes Boyl. Item supplicatum fuit per magistros temptatores quatenus Facultas committeret vices suas ac potestatem plenariam domino Decano et suis assessoribus ad communicandum cum ipsis temptatoribus pro serenacione sue consciencie et ad dispensandum super juramento prebito si opus esset et domino Decano cum suis assessoribus expediens videretur. Cui supplicationi Facultas pro tunc annuit.

1454

Nomina Licenciatorum anni liiii etc.<sup>2</sup>

M. Fergusius Makdowalle	Patricius Lowys
Dominus Willelmus Wyncestyr	M. Patricius Mason
M. Georgius Monypenny	Johannes Vyncestir
Ricardus Lermowth	M. Willelmus Bully
Alexander Somerwele	Thomas Țounge
M. Johannes Hay	David Tavernare
M. Johannes Hay	Johannes de Dunde

<sup>1</sup> Originally *posterius* and cancelled.

<sup>2</sup> One would have expected this list to come after the Congregation of 14 May. It would appear from the duplication of the minute of 13 April that the record was not written up at the time.

13 April 1454

<Congregacione Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem decimo tercis Aprilis.><sup>1</sup>

14 May 1454

Congregacione Facultatis Arcium tenta in nova scola Facultatis eiusdem decimo quarto Maii pro electione examinatorum<sup>2</sup> temptationis in cameris et predicti temptatores viz. magistri Johannes Leon, Johannes Atholia, Archibaldus Quhitlaw et Johannes Lok, continuati fuerunt a Facultate pro eorum examinatione. Insuper in eadem Congregacione Facultas statuit et ordinavit quod ammodo et in antea<sup>3</sup> si tres licenciati potentes simul in uno actu ascendant cathedram dabunt cuilibet magistro temptatori unum duplex birretum ad valorem quinque solidorum vel ad minus iiii<sup>or</sup> solidorum et sex d. Si vero tantum duo potentes simul ascendant tunc dabunt cuilibet magistro temptatori duplex birretum pretio<sup>4</sup> trium solidorum aut eo circa. Et si tantum unus potens ascendat tunc dabit cuilibet magistro temptatori unum simplex et bonum birretum.

1454-1455

## Nomina Determinancium anni liiii

Patricius Grayme, ecclesiarum Abberdonensis et Murraviensis canonicus	Gilbertus Tyry Alexander Wemys	} pauperes
Johannes Abbernethy	David Thome	
Jacobus Mureff	Johannes Soltre	
Willelmus Schevess	Willelmus Cuby	
Matheus Wyschart } pauperes		
Thomas Harpar }		

4 February 1454-55

Compotum magistri Roberti Pantre Receptoris Facultatis fol. 40<sup>r</sup>  
Arcium anni liiii datum iiii<sup>o</sup> die Februarii coram Decano et  
deputatis. Omnibus computatis et allocatis remanent in

<sup>1</sup> This is a duplication of the above minutes of 13 April, and has been scored out.

<sup>2</sup> A word is deleted after *examinatorum*.

<sup>3</sup> *quod* deleted after *antea*.

<sup>4</sup> A highly contracted word.

deposito<sup>1</sup> in manibus predicti computantis vii lib. Item debitores anni instantis. In primo pro lectura magistri Alexandri Waus, debitor Henricus Monypenny marchallus domini Prioris in viginti s. Item pro magistro Johanne Bonar, debitor dominus Johannes Anayl pro xx s. Item pro magistro Thome Hay quantum ad lecturam suam, dominus Mychael Monypenny vicarius de Barry pro xx s. Item pro lectura magistri Laurencii Scot, debitor Thomas Coupur. Item pro lectura magistri<sup>2</sup> Roberti Stephani, debitor fuit Willelmus Akman. Item pro lectura magistri Georgii Monypenny, debitor Johannes Crage scissor. Item pro lectura magistrorum Fergusii Makdowele et Willelmi Bully, debitor idem Johannes Crage scissor. Item pro lectura magistri Patricii Mason, debitor canonicus frater eius viz. dominus Robertus Mason. Item pro lectura magistri Johannis Hay junioris, debitor Johannes Crage scissor. Item pro lectura magistri Johannis Hay senioris, debitor Thomas Brande. Item pro lectura magistri Roberti Skeyn, debitor est Thomas Hay de Sanfurde pro xx s. Item pro lectura magistri Philippi Lyndesay, debitor dominus Farqwarius de Calder canonicus Abberdonensis pro xx s. Item pro lectura magistri Alexandri Lyndesay, debitor est magister Thomas Barown pro xx s. Item pro lectura magistri Patricii Cunyngame, debitor est Johannes Pollow pro xx s. Item debitor est Andreas Ramsay<sup>3</sup> in xx s. pro lectura magistri Roberti Brown. Item debitor est Johannes Dolass textor in xx s. pro lectura magistri Patricii Halyburton. Item debitor est Robertus Spens in xx s. pro lectura magistri Johannis Bell. Item debitor Thomas Clochry in xx s. pro lectura magistri Alexandri Roberti. Item idem Thomas Clochry debitor in xx s. pro lectura magistri Thome Thurbrande. Item pro lectura magistri Alexandri Hoge debitor Johannes Crag scissor in xx s.

Item in aliis antiquis debitis. In primis in una casia argentea xlv s. vi d. Item per magistrum Robertum Stewart canonicum Abberdonensem vii s. iiiii d. Item per

<sup>1</sup> Changed from *deputato*.

<sup>2</sup> *magistri* written twice and the first scored out.

<sup>3</sup> Altered from *Johannes Crag scissor*.

magistrum Willelmum Laweder ex parte magistri Symonis de Wardlaw rectoris de Wylton xvi s. viii d. Item per magistrum Johannem Laweder olim archidiaconum Lawdonie xl s. Item per magistrum Walterum Stewart archidiaconum Dunblanensem quinque dimedia ex parte magistri Jacobi de Strathmyllo. Item idem magister Walterus debitor est pro fratre suo magistro Roberto in xii tabulis. Item per magistrum Jacobum Holde viii s., debitor Johannes Ruglyn. Item per magistrum Adam Cobburn xx s. Item per magistrum Patricium Polour x s., debitor Willelmus Carale. Item per magistrum Johannem Lummysden xl s., debitor magister Alexander Lummysden. Item per magistrum Jacobum Neuton xx s., debitor idem magister Alexander Lummysden. Item per magistrum Robertum de Menteth v s. Item per magistrum Jacobum Kenedy xx s. Item per magistrum Gregorium Laweder xx s. Item per magistrum Robertum Zule xx s., debitor pater eiusdem. Item per magistrum Robertum Penwen x s. Item per magistrum Donald Cambell xxvi s. viii d. Item per magistrum Johannem Hostler xx s., debitor dominus Johannes Beton. Item idem dominus Johannes Beton debet xi s. causa dispensationis lecture sue. Item per magistrum Patricium Buthirgast x s., debitor Johannes Buthirgast. Item per magistrum Henricum Martyn x s., debitor dominus Andreas Zounge. Item per magistrum Jacobum Lewynton xx s., debitor idem dominus Andreas. Item per magistrum Georgium de Carmychel xxv s.,<sup>1</sup> debitor magister David de Crannoch. Item per magistrum Archibaldum Knollis xxv s., debitor magister Adam Hepburn et pro capa sua magister Robertus Stewart. Item per magistrum Jacobum de Kynnerde xxv s., debitor Willelmus Akman.<sup>2</sup> Item per magistrum Thomam Towloch xxv s., debitor Robertus Skynnar. Item per magistrum Robertum Forster xxv s., debitor magister Robertus Stewart. Item per magistrum Patricium Roberti xxv s., debitor idem magister Robertus. Item per magistrum David Lyndesay xv s. etc.<sup>3</sup>

<sup>1</sup> Altered from *xx s.*

<sup>2</sup> This name partly obscured by a blot.

<sup>3</sup> *sic.* Cf. *pro bursa sua*, on p. 94.

Item magister Johannes Mirton debet vii s. et vi d. pro bursa sua. Item ex parte cuiusdam Symonis Thome iii d., debitor magister Duncanus Bunch. Item per Johannem Lowyis iiii s., debitor magister Jacobus Lewynton. Item per magistrum Alexandrum Scrymgeour x s., debitor magister Thomas Logy, et de capa sua satisfecit de iii s. Item per magistrum Joahnem Crysteson x s., debitor Willelmus Goldsmytht. Item per magistrum Johannem Fyngude xx s., debitor<sup>1</sup> magister Robertus Zule. Item per magistrum Johannem Montgomery xl s.<sup>2</sup> Item per magistrum Thomam Gren xx s., debitor thesaurarius Moraviensis dominus Willelmus Wyncister. Item per magistrum Gilbertum Hay xx s., debitor magister Thomas frater eius. Item per magistrum <Alexandrum><sup>3</sup> Turnour xx s., debitor dominus David Hargate monachus de Neubotill. Item per magistrum Andream Brydy xx s., debitor Johannes Pollow. Item per magistrum Alexandrum Symonis xx s., debitor dominus Henricus Crechton monachus de Dunfermlyn.

fol. 40<sup>v</sup>

ACTA JOHANNIS LEON ARCIUM MAGISTRI IN SACRA THEOLOGIA LICENCIATI DECANI FACULTATIS ARCIUM STUDII SANCTI-ANDREE.

4 November 1454

Congregacione Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem anno etc. liiii<sup>o</sup> die vero Novembris iiii<sup>o</sup> pro electione novi Decani et Receptoris. Electus pro tunc erat in decanum concorditer nemine contradicente magister Johannes Leon et magister Robertus Pantre continuatus fuit in receptorem. Ipsi vero Decanus et Receptor solitum et consuetum prestiterunt juramentum. Preterea eodem die dabantur per Facultatem quatuor magistri ad assistendum Decano pro tempore officii sui viz. magister noster Johannes Athilmer Sancti Salvatoris Collegii Prepositus, magister Thomas Ramesay canonicus Dunkeldensis, magister Alexander Neuton rector de Tenyngame et magister Thomas

<sup>1</sup> debitor written twice.

<sup>2</sup> sic; but xx s. in previous account.

<sup>3</sup> Altered from *Johannem* and added in the margin.

Logy canonicus Capelle Regie, et in casu quo aliquis illorum fuerit aliunde occupatus committitur Decano potestas convocandi de senioribus quos citius possit habere.

18 January 1454-55

Congregacione Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem die xviii<sup>o</sup> Januarii. Dati erant per Facultatem certi deputati ad audiendum comptum Receptoris, et in illa Congregacione supplicabat venerabilis vir Thomas Baron in sacra theologia licenciatus quod mater nostra Facultas vellet admittere in bachelarium Patricium Roger et quod sibi remitteretur cota debita pro baculariatu, cui supplicationi annuit Facultas pro tunc. In super supplicavit magister Johannes Lok ad dispensandum cum quatuor baculariis de terciâ responsione, et ita factum est dummodo contribuant Facultati ut alii precedentes. Nomina vero baculariorum fuerunt hec: Johannes Logan rector de Lastauryk,<sup>1</sup> dominus Willelmus Fratour canonicus Abberdonensis, Robertus Forstar et Willielmus Gray.

25 February 1454-55

Congregacione Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem die xxv<sup>o</sup> Februarii anno Domini etc. liiii<sup>o</sup>. Quo die tamquam in proxima feria vacante post primam Dominicam Quadragesime<sup>2</sup> Decanus secundum formam Facultatis iniunxit regentibus in eadem sub juramento si illo anno noverint promovendos habentes requisita.<sup>3</sup> Qui quidem regentes presentabant quinque<sup>4</sup> quorum Decanus recipiens cedulas de testimonio regencium repertum est illos habere requisita usque ad scienciam. Pro quorum baculariorum temptamine Facultas elegit quatuor magistros<sup>5</sup> viz. magistrum Johannem Leon Decanum pro tunc Facultatis, magistrum Jacobum Ogilwy, magistrum Archebaldum Qwytlaw et magistrum Johannem Lok. Qui magistri in

<sup>1</sup> Restalrig, near Edinburgh.

<sup>2</sup> in scored out before *Quadragesime*. 25 February was a Tuesday.

<sup>3</sup> *requisita* in text.

<sup>4</sup> Altered from *quatuor*.

<sup>5</sup> Altered from *viros*.

presencia Facultatis prestiterunt solitum et consuetum juramentum. Preterea in eadem Congregacione examinatus fuit magister David Monypenny de obligatione qua erat obligatus Facultati pro lectura magistri Johannis Montgumry. Consequenter magister Laurencius Scot cantor Rossensis, magister Fergusius Makdowelle et magister Johannes Hay erant admissi ad incipiendum suas lecturas nonobstante quod tarde venerunt, et quod medio tempore non erunt vexati eorum debitores si lecturas suas continuarent, alias non.

<Notandum quod tres magistri subscripti vix continuabant suas lecturas per mensem>.<sup>1</sup>

21 April 1455

Congregacione Facultatis Arcium in nova scola eiusdem xxi<sup>o</sup> die Aprilis tenta. Electi fuerunt pro tunc a Facultate duo magistri provisores pro festo Sancti Johannis viz. magister Walterus Wyly || et magister Georgius Monypenny. Item in eadem Congregacione dabantur quatuor magistri ad examinandum bachallarios in cameris qui temptabant ipsos in temptamine viz. magister Johannes Leon tunc Decanus, magister Jacobus Ogylwy, magister Archbaldus Quytlaw et magister Johannes Lok. Item ordinatum fuit quod magistri Facultatis habentes beneficia exigua quorum<sup>2</sup> sunt pencionarii aut habentes capellanas ad valorem decem librarum vel eo circa solvant provisoribus pro festo Facultatis duos solidos.<sup>3</sup>

fol. 41<sup>r</sup>

20 May 1455

Congregacione<sup>4</sup> Facultatis Arcium in nova scola eiusdem tenta xx<sup>mo</sup> die Maii de anno lv<sup>o</sup>. Quo die deliberatum erat per Facultatem et conclusum per Decanum quod ammodo et in antea bachallarii licenciandi in nocte precedente licenciam facient vesprias<sup>5</sup> cum honore juxta facultates suas

<sup>1</sup> Added in the margin.

<sup>2</sup> *cuius* in text.

<sup>3</sup> In margin: *Notandum*.

<sup>4</sup> In margin: *Notandum*.

<sup>5</sup> A formal disputation on the eve of inception (Rashdall, *Universities*, i, 486 and n).

secundum quod est de consuetudine in aliis Facultatibus. Item dispensavit Facultas cum quinque bachallariis quorum nomina superius<sup>1</sup> sunt scripta de sex diebus quibus remansissent in cameris lapsis quindecim<sup>2</sup>, ita tamen quod servent consuetudines laudabiles et gratitudines consuetae domino Vicecancellario et ceteris examinadoribus. Insuper remittebatur cota debita Facultati a Patricio Roger donec veniret ad pinguorem fortunam. Similiter fuit de cota debita a Willielmo Gray.

1455

Nomina Licenciatorum anni etc. quinquagesimo quinto etc. etc.

Dominus Johannes Logayne, rector ecclesiae parochialis de Lastauryk	Robertus Forstar Patricius Roger
Dominus Willelmus Fratour, cano- nicus Abberdonensis	Willelmus Gray

Consequenter postea per mensem et ultra licenciatus fuit per dominum Vicecancellarium magistrum nostrum Johannem Athilmer<sup>3</sup> Johannes de Campo rector de Turreff.

2 October 1455

Congregacione Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem secundo die Octobris anno etc. lv<sup>o</sup>. Quo die juxta formam illius statuti quod *nullus reputabitur actu regens nisi qui elegerit librum in presencia Facultatis etc.*<sup>4</sup>, ideo regentes pro tunc elegerunt libros suos cum proposito continuandi eosdem ad commodum et utilitatem scholarium. Consequenter secundum formam alterius statuti viz quod incipit *Item proxima die legibili post festum Remigii etc.*<sup>5</sup> electus fuit eodem die in quodlibetarium magister Johannes Lok in sacra theologia bacchalaris sententiarius. Insuper eodem die presentati erant certi scolares Facultati per regentes ad determinandum pro bachallariatu<sup>6</sup> etc.

<sup>1</sup> *sic*, for *inferius*.

<sup>2</sup> *quindecim* in text, i.e., having completed fifteen days in cameris they were dispensed from the remaining six.

<sup>3</sup> Two words scored out after *Athilmer*.

<sup>4</sup> Underlined in text. The statutes seem to have been revised about this time. Cf. above, p. xxvi.

<sup>5</sup> Underlined.

<sup>6</sup> Altered from *bachallaria*.

1455-1456

## Nomina Determinancium anni lv etc.

Johannes Synclar, dominus praebendae <sup>1</sup>	Ricardus Tulloch	} pauperes
Alexander Synclar	Georgius Hunter	
Dominus Alexander Pennycuk, rector de eodem	Willelmus Bowr <sup>2</sup>	

fol. 41<sup>v</sup>

CONTINUATIO MAGISTRI JOHANNIS LEON IN OFFICIO DECANI  
FACULTATIS (ETC. LV ANNI ETC.).<sup>3</sup>

3 November 1455

Congregacione Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem anno etc. lv<sup>o</sup> die vero Novembris tercio pro electione Decani et Receptoris. Continuatus fuit in officio Decani a maiori parte magister Johannes Leon in sacra theologia licenciatus et magister Robertus Pantre continuatus fuit in receptorem et predicti Decanus et Receptor juraverunt secundum formam consuetam communiter. In eadem Congregacione dabantur iii<sup>or</sup> magistri ad assistendum Decano pro tempore officii sui viz. Johannes Beton tunc Rector Universitatis, Thomas Ramesay canonicus Dunkelensis, Thomas Logy canonicus Capelle Regie et Johannes de Balfour rector de Conveth. Et in casu quo aliquis illorum vel aliqui fuerit aut fuerint aliunde occupatus vel occupati tunc committitur potestas Decano convocandi de senioribus quorum citius possit habere. Insuper dispensatum fuit cum magistro Johanne Logan rectore de Lastauryk<sup>4</sup> de lectura sua dummodo solvat Receptor Facultatis xxx s. inter hinc et diem compoti Receptoris. Preterea in eadem Congregacione<sup>5</sup> a maiori parte Facultatis exoneratus est magister Walterus Wyly a residuo lecture sue ex quo complevit quasi unum annum et non stetit per eum quin complevisset secundum annum si fuisset continuatio studii.<sup>6</sup>

<sup>1</sup> Provan's Lordship or Barlanark (*Scottish Benefices*, 212).

<sup>2</sup> This name has been altered and blotted.

<sup>3</sup> These words are added in fainter ink.

<sup>4</sup> Restalrig.

<sup>5</sup> *erat deliberatum* deleted after *Congregacione*.

<sup>6</sup> Perhaps a reference to the plague that followed the Douglas rebellion in 1455 (*Bishop Kennedy*, 380-81).

Item assessores predicti dabantur per Facultatem ad audiendum comptum Receptoris quod debet fieri proxima die legibili post festum Sancti Andree.

2 December 1455

Comptum magistri Roberti Pantry Receptoris Facultatis Arcium anni quinquagesimi quinti datum ii<sup>o</sup> die Decembris coram Decano et deputatis. Omnibus computatis et allocatis remanent in deposito in manibus predicti computantis lvi s.<sup>1</sup> Item in debitis pro dispensatione lecture et in capis per diversos ut patet in libro Receptoris<sup>2</sup> quinquaginta novem libre et novem solidi.<sup>3</sup>

1455-1456

Item post comptum Receptoris certi scolares determinabant quorum nomina sequuntur

In primis	Robertus Hamylton	Henricus Ramesay
	Jacobus Cor	Johannes Irlande, pauper
	David Cor	
	Henricus Boye	Petrus Monypenny
	Donaldus Heryss, pauper	Paulus Cranston
		Johannes Froge
	Thomas Inchemartyn	Johannes Dolass
	Andreas Martyn	Johannes Duthy
	David de Peeblys	Henricus Forchyth

1455-1456

Nomina Licenciatorum anni lvi<sup>4</sup>

Patricius Grayme, canonicus Abberdonensis  
 Alexander Lummysden, rector de Flysk  
 Alexander Pennycuk, rector eiusdem  
 Jacobus Murreff  
 Willelmus Schewes  
 David Joh[annis]<sup>5</sup>  
 Johannes Soltre } pauperes

Memorandum quod illi duo pauperes juraverunt secundum formam consuetam, scilicet quod cum venerint ad pinguorem fortunam satisficient

<sup>1</sup> Changed from *xl s.*

<sup>2</sup> The Bursar's accounts began to be kept in a separate book, as from 1456, perhaps after a revision of the statutes. See above, p. xxvi.

<sup>3</sup> Originally given in figures, *lix lib. ix s.* There are various corrections.

<sup>4</sup> Written on the right-hand side of the page in a column parallel to the list of determinants.

<sup>5</sup> This name is contracted. It appears as *David Thome* on p. 108.

Facultati de eius bursa. Insuper obligati erant coram Decano et ceteris temptatoribus quod non procederent ad magisterium quousque compleverint duos annos visitando exercitia regentium. Facta fuit huiusmodi obligatio in refectorio coram his testibus, viz. magistro Alexandro Scewes, magistro Roberto Pantre et magistro Roberto Menteth.

16 February 1455-56

fol. 42<sup>r</sup>

Congregacione Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem anno etc. lv<sup>o</sup> die vero Februarii xvi<sup>o</sup>. Quo die tamquam in proxima feria vacante post primam Dominicam Quadragesime Decanus secundum formam statutorum iniunxit regentibus sub juramento si illo anno noverint promovendos habentes requisita.<sup>1</sup> Et quia pro tunc repertum fuit quod bachalarii nondum compleverunt omnia formalia fuit Congregacio continuata in eodem vigore usque ad duodecesimum diem Aprilis. Insuper permisit Facultas ex gracia aliquos bachallarios respondere post festum Valentini, quorum nomina sequuntur<sup>2</sup> viz. Alexander Lummysden rector de Flysk, Alexander de Pennycuk rector eiusdem, Jacobus Murreff, pro quo quidem Jacobo supplicabat magister noster Johannes Athilmer ut poterat predictus Jacobus promoveri cum sociis suis non obstante quod aliqualiter tarde venit, quia ut asseruit prefatus magister quod idem Jacobus fuit detentus gravi infirmitate propter quam non poterat commode venire ad respondendum cum sociis suis et quia idem Jacobus solus respondebat una vice omnibus magistris generaliter disputare volentibus, ideo pro tunc fuit Facultas contenta de ipso quod tamen semel iterum respondeat, et quod ceteri ter respondeant sine dispensatione, et ita factum fuit.

9 March 1455-56

Congregacione Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem anno etc. lv<sup>o</sup> die vero Marci ix<sup>o</sup> ex consilio et ordinatione assessorum non obstante ordinatione Congregationis precedentis de continuacione usque ad certum diem Aprilis ex certis causis rationabilibus ut videbatur pro

<sup>1</sup> *requisita* in text.

<sup>2</sup> *sequuntur* altered from *sunt*.

tunc Decano et sibi assistentibus. In quaquidem Congregatione ceteri bachallarii presentabantur secundum formam Facultatis aliquam ut apparuit, et dato quod non fuisset servata forma legendi eis<sup>1</sup> secundum omnem rigorem statutorum, consideratis circumstantiis temporis<sup>2</sup> de hoc dispensavit Facultas hac vice dumtaxat, et consequenter elegit Facultas quatuor magistros ad temptandum bachallarios presentatos, quorum magistrorum nomina sequuntur viz. magister Johannes Leon tunc Decanus, magister David de Balfour, magister Johannes Athilmer junior et magister Adam Synclar. Item supplicavit magister noster magister Johannes Athilmer pro orto pertinente Facultati et Facultas pro tunc concessit sibi usum illius orti ad tempus.

19 and 27 April 1456

Congregatione Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem anno etc. lvi<sup>o</sup> die vero Aprilis xix electi fuerunt a Facultate duo magistri provisores pro festo Facultatis viz. magister Johannes Lok et rector de Lastauryk, magister Johannes Logane. Consequenter die xxvii<sup>o</sup> Aprilis erat alia Congregacio Facultatis de forma. In qua quidem Congregatione continuati erant eidem magistri ad examinandum bachallarios in cameris qui erant temptatores in temptamine, scilicet magister Johannes Leon tunc Decanus, magister David de Balfour, magister Johannes Athilmer junior et magister Adam Synclar. Item supplicavit magister Adam Synclar quod Facultas dispensaret cum bachallariis de certis diebus quibus tenebantur bachallarii in cameris remanere. Cui magistro erat gracie responsum scilicet quod si occurreret necessitas quod Decanus una cum assessoribus gracie faceret eis [dispensationem]<sup>3</sup> dummodo omnino contribuant Facultati, sed quia illi<sup>4</sup> bachallarii continuati erant in cameris per xviii dies ideo nihil fuit datum Facultati causa dispensationis quia solum restabant nisi tres dies de toto tempore quo remansissent in cameris de

<sup>1</sup> i.e. the prescribed form of lecturing had not been observed.

<sup>2</sup> Probably a reference to the civil turmoils, followed by the plague.

<sup>3</sup> Omitted in text.

<sup>4</sup> Altered from *predicti*.

rigore statuti, et quia de modico communiter non curat lex ideo etc.

7 June 1456

fol. 42<sup>v</sup>

Congregacione Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem anno etc. lvi<sup>o</sup> die vero Junii vii<sup>o</sup>. In quaquidem Congregacione Decanus proposuit de modo executionis cuiusdam statuti quo ordinatur quod nullus scolaris studens bachallarius aut licenciatus etc. presumeret incedere cum digis<sup>1</sup> etc. Et tunc ordinatum fuit quod Decanus iniungeret regentibus ipso presente in scolis, quod nulli scolares deferant<sup>2</sup> quam diu steterint in Universitate huiusmodi arma invasiva sub pena ordinata in statuto. Consequenter supplicabat magister David de Balfour ex parte cuiusdam licenciati viz. Willelmi Scheves ut poterat [*sic*] ascendere cathedram in die sequente cum aliis duobus licenciatis potentibus, non obstante statuto quo cavetur quod plures quam duo <non><sup>3</sup> fiant uno die magistri potentes scilicet. Cui supplicationi annuebat Facultas.

13 August 1456

Congregacione Facultatis tenta in nova scola eiusdem anno etc. lvi<sup>o</sup> die vero Augusti xiii<sup>o</sup>. In quaquidem Congregacione fuit ordinatum quod removeretur paries seu murus lapideus in scola inferiori et in loco illius fieret una columpna lapidea sub magno lingno solii. Consequenter ordinatum fuit quod fieret una ambo de tabullis in parva domo in fine magnae scole pro libris figendis in libraria, et ad incipiendum illam librariam magister Alanus Cant cancellarius Sancti-andree et decanus Capelle Regie dedit unum notabilem librum scilicet Magnorum Moralium <cum diversis aliis voluminibus in illo libro quem habet magister noster magister Johannes Athilmer in custodia pro nunc><sup>4</sup>. Item

<sup>1</sup> This is a contracted word of which only the letters *dig* are transcribed. The Statutes of 1457 forbid a scholar *incedere armatus*, (*Statutes*, 107). *Diga*, a sword, appears in the records of Louvain.

<sup>2</sup> This word has been misspelt, scored out and rewritten.

<sup>3</sup> Added above the line.

<sup>4</sup> Added in the margin.

magister Johannes Dunnyn vicarius de Perth dedit unum textum Aristotelis de Logica, unam expositionem Sancti Thome de Ethica, et unam lecturam super Ethicam yconomicam et polemicam quousque fuerit huiusmodi lectura soluta pro duabus marcis,<sup>1</sup> et in casu quo fuerit soluta huiusmodi marcas dat Facultati. Item in super supplicavit magister noster quod Facultas vellet dispensare cum magistro Gilberto Hay ut possit uti vestibus juxta suum desiderium, et ita factum est pro uno anno a die huius Congregationis. Item ex parte Facultatis oneratus fuit magister David de Balfour, supplicante<sup>2</sup> magistro nostro magistro Johanne Athilmer, ut ipse magister David moneret magistrum Thomam Ramesay restituere<sup>3</sup> certa magna lingua que relicta erant in coquina Collegio Sancti Johannis Evangeliste per magistrum Laurencium de Lundoris olim rectorem de Crech et predicti Collegii magistrum, vel quod ipse magister Thomas ostenderet causam rationabilem quare non deberet restituere huiusmodi lingua [*sic*].

2 October 1456

Congregacione Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem anno etc. lvi<sup>o</sup> die vero Octobris ii<sup>o</sup>. Quo die juxta illud statutum *quod nullus reputabitur actu regens nisi quod elegeret librum in presencia Facultatis*,<sup>4</sup> ideo pro tunc magistri volentes regere elegerunt certos libros cum proposito continuandi eosdem ad utilitatem scolarium, et magistri elegentes libros pro tunc erant tantum duo, scilicet magister Johannes Lok et magister Adam Synclar. Et de electione Quodlibetarii supersedebatur quousque fuerit mature avisatum quo modo huiusmodi actus fieret cum honore Facultatis. Consequenter eodem die erant certi scolares presentati Facultati et recepti secundum formam Facultatis ad determinandum.

<sup>1</sup> i.e. if this book should be bought, or redeemed, for two marks, he will hand over the money to the Faculty.

<sup>2</sup> This word has been altered and blurred.

<sup>3</sup> Altered from *restaurare*.

<sup>4</sup> Underlined in text.

fol. 43<sup>r</sup>

ACTA VENERABILIS VIRI MAGISTRI DAVID MONYPENNY  
CANONICI MORAVIENSIS DECANI FACULTATIS ARTIUM UNI-  
VERSITATIS SANCTIANDREE.

3 November 1456

Congregatione Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem die tercio mensis Novembris anno Domini etc. lvi<sup>to</sup> pro electione novi Decani et Receptoris. Quo die per Facultatem electus erat venerabilis vir magister David Monypenny<sup>1</sup> canonicus Moraviensis in decanum et magister Robertus Paneter erat continuatus in bursarium eiusdem Facultatis, et assessores dati erant Decano eodem die venerabiles viri videlicet magistri Johannes <Athilmer><sup>2</sup> sacre theologie professor, Walterus Stewart archidiaconus Dunblanensis ac Rector Universitatis Sanctiandree, Thomas Ramsay et Thomas Logy canonici Dunkeldenses, Johannes de Balfour canonicus Abberdonensis, Alexander Newton rector ecclesie parochialis de Tenyngame Sanctiandree diocesis <et Johannes Lyon><sup>2</sup> et in absentia eorundem seniores Facultatis convocandi ad voluntatem Decani predicti. Ipsique Decanus et Receptor solita et consueta in facie Facultatis prestiterunt fidelitatis iuramenta. Ac eodem die magister Adam Synklar Facultati ex parte quorundam juvenum studentium in crastinum determinandorum instanter supplicavit quatenus eis scolarum predictam pro aula sui festi concedere dignaretur. Unde dicta Facultas mature avisata protunc consentiit pati dictum festum seu convivium fieri in predicta scola, et unanimi consensu statuit indispensabiliter et decrevit quod nullum esset <in posterum><sup>2</sup> in predicta scola festum quodcumque ad requestam quarumcunque personarum. Necnon die predicto acta et facta per magistrum Johannem Lyon Decanum ultimo preteritum erant habita rata et grata, ac predicti assessores <qui><sup>2</sup>

<sup>1</sup> *in decanum canonicum Moraviensem.* These words cancelled after the name *David Monypenny*. The whole paragraph is full of emendations and cancellations.

<sup>2</sup> Added above the line.

Decano assignati erant pro auditoribus compoti anni instantis eiusdem Bursarii electi extiterant [*sic*], et similiter acta predicti Receptoris continuati rata habebantur per Facultatem.

1456-1457

Nomina Determinandorum anni quinquagesimi sexti

Antonius de Murheff  
Alexander Meldrum  
Georgius Carebris

Alexander Guthre  
Walterus Stratoun  
Willelmus Wemys  
Johannes Lyston  
Dominus Willelmus Richartson,  
presbyter, pauper

*In secundo actu*

Nicolaus Kenedy

11 December 1456

Congregacione generali Facultatis Arcium tenta in nova fol. 43<sup>v</sup> scola eiusdem die xi mensis Decembris anno Domini etc. lvi<sup>40</sup>. In qua Decanus exposuit votis magistrorum qualiter providere vellent pro reformatione aumoriole pro custodia burse virge cartarum et jocalium Facultatis eiusdem et pro remocione <muri><sup>1</sup> columpneque situacione domus sive scole inferioris, unde Facultas avisata dedit ad avisandum super premissis; et in debita orta inter magistros Johannem Athilmer seniore et Thomam Ramsay<sup>2</sup> circa abductionem lignorum quorundam olim existencium in coquina Collegii Sancti Johannis Ewangeliste per ipsum magistrum Thomam ut asseritur factam, ad audiendum dictas partes jura et allegationes eorundem et referendum iterum Facultati, [Facultas dedit] magistros illo anno Decano in assessores electos. Demum Laurentius Hobburn bedellus Facultatis in presencia ipsius Facultatis resignavit pure et simpliciter in manibus Decani et magistrorum Facultatis officium suum prelibatum. Unde extunc Decanus et Facultas ibidem recepit ad officium bedelli predictum Henricum de Forsythe per ipsam Facultatem ad hoc electum. Qui Henricus in

<sup>1</sup> Added above the line. There are several corrections in this paragraph.

<sup>2</sup> Altered from *Logy*.

presencia tocius Facultatis juramentum prestitit solitum et consuetum in manibus Decani eiusdem.

7 March 1456-57

Congregacione<sup>1</sup> Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem vii die mensis Marci anno Domini etc. lvi<sup>to</sup>. Quo die tamquam in proxima feria vacante post primam Dominicam Quadragesime Decanus secundum formam statutorum iniunxit regentibus sub juramento si illo anno noverint bacalarios habentes requisita quod presentarent dictos Decano et Facultati, qui regentes pro tunc nullos presentarunt in dicta Congregacione. Quo die eciam in dicta Congregacione ex votis magistrorum conclusit Decanus quod Facultas Arcium concessit magistro Johanni Almer juniore licenciam<sup>2</sup> construendi unam fenestram in quadam domo situata<sup>3</sup> ex parte occidentale fundi nostri inter magnam domum anteriorem quondam domini David Brown et scolam Decretorum, qui magister Johannes obligavit se per extencionem manus sue in facie dicte Facultatis predictam fenestram post recessum suum a dicta camera penitus destruere ita quod infuturum post recessum dicti magistri Johannis prefata fenestra Facultati preiudicium non generabat, set semper removenda ad mandatum Decani et Facultatis. Conclusum fuit eciam in dicta Congregacione ex deliberationibus magistrorum Facultatis quod determinantes illius anni essent suspensi a responcione in vico pro forma bacalariatus usque esset solutum Receptori de tribus solidis a quolibet pro capa, non habente cappam, secundum formam statuti super huiusmodi su[mma]<sup>4</sup> conditi, et hoc ex supplicacione Receptoris dicte Facultatis.

<sup>1</sup> The minutes from this date until the demission of office of Dean David Monypenny are holograph in his careless and highly contracted handwriting. His spelling and grammar are capricious both here and during his later tenures of office. See above, p. xxxiii.

<sup>2</sup> *licenciam* in text.

<sup>3</sup> *cituata* in text.

<sup>4</sup> This word at the end of a line has been trimmed off by the binder. The statute is mentioned on 8 March 1448-49.

22 April 1457

Congregacione Facultatis Arcium tenta in nova scola <eiusdem><sup>1</sup> xxii die mensis Aprilis anno etc. lvii<sup>mo</sup>. Quo die electi erant provisores ad festum Beati Johannis Evangeliste magistri Patricius Graham et Adam Singlar per Facultatem. Item per dictam Facultatem dispensatum fuit cum Antonio Murray ad respondendum post Pasca tot vicibus sicut in Quadragesima debuit respondisse pro forma baccalariatus, et hoc per supplicationem magistri Ade Singlar ex parte prefati Antonii. Item dispensatum fuit cum preposito de <Bataytoun><sup>2</sup> magistro Fergusio Makdouel et magistro Alexandro de Pennicuk rectore eiusdem quantum ad summam debitam Facultati pro lecturis eorundem usque ad festum Sancti Petri qui dicitur ad vincula, et tunc ad solvendum Receptoris sub pena excommunicationis sicut cavetur || in processu<sup>3</sup> Rectoris executo super eosdem. Item fol. 44<sup>r</sup> per Facultatem dati erant deputati ad avisandam sculpturam sigilli<sup>4</sup> Decani Facultatis Arcium, videlicet magistri Johannes Athilmer tunc Rector Universitatis, Walterus Stuart, Thomas Ramsay et [Thomas] Logy, Johannes Lyown, Johannes Balfour, Robertus Pantry et Alexander Neutown. Item exoneratus<sup>5</sup> fuit magister Robertus Pantri quod non recepit calculationem a magistro Patricio Graham pro pecunia debita Facultati pro lectura dicti magistri Patricii, et hoc per supplicationes dictorum magistrorum Roberti et Patricii.

10 May 1457

Congregacione<sup>6</sup> Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem x<sup>mo</sup> die mensis Maii anno etc. lvii<sup>mo</sup>. Quo die virga argentea Facultatis Arcium fuit recepta de custodia magistri Thome Logy et per Decanum et Facultatem posita

<sup>1</sup> Added above the line.

<sup>2</sup> This name has been superimposed on another and the two words are blurred together. Fergus Makdouel was provost of Bothans, now Yester.

<sup>3</sup> *prosessu* in text.

<sup>4</sup> *sigilly* in text.

<sup>5</sup> *exhonoratus* in text.

<sup>6</sup> A pointer in the margin draws attention to this paragraph.

in loco deputato infra novam scolam pro custodia dicte virge sub cura Decani, antiquioris magistri, et Receptoris dicte Facultatis, signanter propter clamium quod fecerunt magistri Johannes Athilmer et [Johannes] Lok de dicta virga nomine Facultatis Theologie, et propter dictum clameum Decanus qui pro tempore fuit denegavit dictam virgam prefato magistro Johanni Lok ad suum principium in secundo libro Sentenciarum. Quo die eciam dispensatum fuit cum magistro Alexandro Schewes de lectura sua duorum annorum et peciit a Decano, genibus<sup>1</sup> flexis et discoperto capite, absolucionem de suo juramento in presencia Facultatis, pro quibus ipse magister predictus solvet Receptori quinque solidos. Dati erant eciam deputati ad audiendum compositum provisorum festi Facultatis, scilicet magistri Johannes Athilmer et Robertus Pantri Receptor Facultatis. Quo die eciam Decanus enunciavit Facultati sculpturam sigilly Decani avisatam per deputatos ad hoc per Facultatem datos, sic quod idem sigillum haberet sculptam in se Dominam in sua manu portantem speram cum ista circumscripcione: Sigillum Decani Facultatis Arcium Universitatis Sanctiandree in Scotia.

### 3 August 1457

Congregacione Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem tercio die mensis Augusti anno etc. lvii. Quo die Facultas decrevit quod Bursarius reformaret ostium aumorioli cum ferro ad sue discretionem et hoc pro securitacione et custodia virge Facultatis posite in dicto aumoriolo.<sup>2</sup> Eodem die eciam ex parte Facultatis Decretorum comparuerunt<sup>3</sup> magister Johannis Feldew Decanus dicte Facultatis, magister Andreas Moricii licenciatus in decretis et dominus Andreas Yhowng bacalarius eiusdem Facultatis, supplicantes Decano et Facultati pro lisencia ad construendam unam fenestram in scola Decretorum sub tecto in latere protenso || versus fundum dicte Facultatis Arcium.

fol. 44<sup>v</sup>

<sup>1</sup> *jenibus* in text.

<sup>2</sup> *aumoriolio* in text. The spelling throughout continues to be capricious.

<sup>3</sup> *comperuerunt* in text.

Quequidam supplicatio fuit pennitus denegata nullo contradicente.

3 October 1457

Congregacione Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem iii die Octobris anno etc. lvii<sup>mo</sup>. Quo die Facultas supplicavit magistro Ricardo Guthri<sup>1</sup> quod ipse reciperet<sup>2</sup> hoc anno officium quotlibetarii<sup>3</sup> et pro suo labore Facultas promisit ipsum recepere ad eius gremium, dando Facultati illud nobile quod consuetum fuit dari Quodlibetariis per Facultatem pro suis bursis, et jurando Decano et Facultati iuramenta consueta, qui protunc dictum officium non acceptavit set dixit quod voluit avisari de eodem. In dicta eciam Congregacione magister Johannes Lok et magister Adam Sinclar elegerunt libros ad legendum ordinarii ut moris est tanquam in principio ordinarii. Quidam eciam scolares presentarunt se in dicta Congregacione qui ponunt se pro bacalariatu, et ibidem pro aliis peragendis in dicta Congregacione Decanus precepit quod venirent ad cameram suam ad praestandum sibi pro se et Facultate iuramenta solita et consueta et tantum de forma huius Congregacionis. Propositum fuit eciam per Decanum quod fuerunt quedam scripta posita immunda in novo libro Universitatis per modum statutorum que in parte tangebant libertates Facultatis, et quod Facultas provideret de remedio illius per deputatos vel per vota singulorum magistrorum, qui pro tunc nullum posuerunt remedium. Item in eadem Congregacione magister Johannes Almer senior supplicavit quod Facultas concederet<sup>4</sup> sibi illum librum Moraliu Philosophie propinatum Facultati per magistrum Alanum Cant, quam suplicationem Facultas gracie concessit dummodo ipse obligaret se ad restituendum dictum librum ad mandatum Decani et Facultatis, quod tunc fecit in facie Facultatis et tunc recepit dictum librum de manibus Decani.

<sup>1</sup> Sometime Abbot of Arbroath.

<sup>2</sup> *recepere* in text.

<sup>3</sup> After *quotlibetarii* some words have been cancelled: *pro cuius receptione ipse admissus fuit ad Facultatem*. There are frequent corrections throughout the paragraph.

<sup>4</sup> *concederet* in text.

8 October 1457

Congregacione Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem <octavo><sup>1</sup> die mensis Octobris anni etc. lvii. Quo die Decanus exposuit Facultati quod alias in Congregacione precedente ipse posuit in deliberacionibus magistrorum ad reformandum quedam scripta posita in novo libro Universitatis per modum statutorum que restringebant in parte libertatem dicte Facultatis et protunc Facultas nullum remedium posuit de dictis scripturis, quare idem Decanus posuit in deliberacionibus magistrorum subscrip-torum ad revocandum conclusionem illam, si conclusio dici debeat<sup>2</sup> si pro non, et ad avisandum ut prius modum reforma-cionis dictorum scriptorum, quorum unum erat quod statuta Facultatum Universitatis Sanctiandree non habebunt valorem nec pro statutis reputabuntur nisi sint prius ostensa Universitati et confirmata ab eadem; aliud<sup>3</sup> quod bedelli singularum Facultatum, supposito quod negotia Facultatum iam essent peragenda, dimitterent illa ad mandatum Rectoris et sibi servirent principaliter et primo et postea Facultatibus a quibus recipiunt<sup>4</sup> ipsorum stipendia. Super quibus Facultas primo illam pretensam conclusionem revocavit, decernendo insuper quod illa scripta in libro Universitatis || restringencia Facultatem Arcium sint ex-tracta et remota a dicto libro Universitatis ita quod statuta Facultatis Arcium non presentabuntur cuiquam ad confirmacionem vel correctionem nisi Facultati, et quod Bedellus Facultatis serviet Rectori qui pro tempore fuerit solito modo et consueto sine comparacione principaliori-tatis vel prioritatis, et ita conclusit Decanus ex delibera-cionibus omnium magistrorum in dicta Congregacione existencium, tamen duobus exceptis videlicet magistris Johanne Lok et Alexandro Scrymgeowr. Super quibus deliberacionibus et conclusione<sup>5</sup> magister David Monypenny Decanus dicte Facultatis peciit instrumentum publicum

<sup>1</sup> Altered and afterwards interpolated above the line.

<sup>2</sup> *debiat* in text.

<sup>3</sup> *aliut* in text.

<sup>4</sup> *receptiunt* in text.

<sup>5</sup> *conclacione* in text.

nomine Facultatis et fore relegendum in libro statutorum dicte Facultatis, peccit instrumentum Willelmus Boys pie memorie de confirmatione statutorum dicte Facultatis a magistro Roberto Monteth notario publico et magistro Facultatis Arcium, presentibus ibidem nobilibus et circumspectis magistris Waltero Stewart archidiacono Sanctiandree, Thoma Ramsay canonico Dunkeldensi, Thoma Logi rectore de Kenbak, Alexandro Newtown rectore de Tenygham, Johanne Donyn wecario de Pert, Johanne Lyown, Alexandro Scheves, Roberto Pantri, Georgio Monypenny, Alexandro Pennycuk, Johanne Lok, Alexandro Scrumgeour, Patricio Graham, Johanne Seres, Willelmo Forbes et Waltero Lyndesay. Eodem eciam die recepti erant ad Facultatem prescripti magistri Willelmus Forbes et Walterus Lyndesay, qui Decano et Facultati prestiterunt iuramenta consueta et responsales Bursario dederunt pro bursis Facultatis.<sup>1</sup>

ACTA VENERABILIS VIRI MAGISTRI PATRICII GRAM CANONICI fol. 45<sup>v</sup>  
 ABERDONENSIS ET RECTORIS DE KYNNEK<sup>2</sup> DECANI FACULTATIS ARCIUM STUDII SANCTIANDREE IN SCOCIA.

1 November 1457

Congregacione<sup>3</sup> Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem primo die mensis Octobris<sup>4</sup> anno Domini etc. lvii pro electione novi Decani et Receptoris. Quo die per Facultatem electus erat venerabilis vir magister Patricius Graym Aberdonensis canonicus in decanum et magister Robertus Pantre erat continuatus in bursarium eiusdem Facultatis, et assessores dati erant Decano eodem die venerabiles viri videlicet magistri Johannes Elmer sacre

<sup>1</sup> Half a page left blank. It would appear that the *Acta* of this Deanship were entered at a later date. The fact that they were written up later would explain the reference to the late William Boys and the vacant space at the end of the record.

<sup>2</sup> Kinnell (*Scottish Benefices*, 147).

<sup>3</sup> The handwriting of the *Acta* under Patrick]Graham is that of the original scribe of the *Acta* of David Monypenny before David himself took over (see above, p. 118, n1).

<sup>4</sup> *sic*; probably 1 November. The customary date was 3 November.

Theologie professor, Walterus Stewart archidiaconus Sancti-andree, Thomas Ramsa et Thomas Logy canonici Dunkeldenses, Johannes Balfor canonicus Aberdonensis, Alexander Neutoun rector ecclesie parrochialis de Tynygame et Johannes Lyon in theologia licenciatus, et in absentia eorundem seniores Facultatis dabantur Decano ad eius voluntatem eligendi. Predictique Decanus et Receptor solita et consueta in facie Facultatis fidelitatis prestiterunt juramenta. Eodem quoque die venerabilis vir magister Hugo de Duglas rector de Kyncardyn canonicus Glasguensis et venerabilis<sup>1</sup> pater dominus Ricardus Gutry in sacra Theologia bacularius suplicaverunt Facultati ut receperentur ad gremium Facultatis, qui recepti per Facultatem se servaturos omnia et singula Facultatis predictae juramenta promiserunt corporali mediante juramento in facie Facultatis. Necnon in predicto die acta et facta per magistrum Johannem Lyon Decanum ultimo preteritum<sup>2</sup> erant habitata rata et grata et predicti assessores, qui Decano assignati erant, pro auditoribus compoti anni instantis eiusdem Bursarii electi exsteterant [*sic*] et similiter acta dicti Bursarii continuati rata habebantur per Facultatem.

1457-1458

## Nomina Determinantium anni quinquagesimi septimi

Patricius Ogylbi  
Colinus Kenyte  
Andreas Kerngorth

Alexander Brown  
Adam Gordown  
Johannes Bonkyl, pauper

22 February 1457-58

Congregacione Facultati Arcium tenta in nova scola eiusdem die xxii mensis Februarii anno Dominice Incarnationis etc. lviii<sup>3</sup> tanquam in proxima feria vacante post primam Dominicam Quadragesime. Decanus secundum formam Facultatis iniunxit regentibus in eadem sub jura-

<sup>1</sup> *wenerabilis* in text.

<sup>2</sup> *sic*. The last Dean was David Monypenny, but John Lyon was the "last" before the present scribe left off at the beginning of Monypenny's deanship.

<sup>3</sup> According to the usual reckoning the year should have been *lvii*, and the first Monday in Lent 20 February.

mento si illo anno noverint promovendos habentes requisita, qui quidem regentes x presentabant viva voce, et tres alii presentabant se sedulis tamen regentium offerendo eas coram facie Facultatis in manibus Decani<sup>1</sup>, quibus regentes in facie Facultatis omnino contradicebant, quo posito in deliberatione Decanus cum determinationibus magistrorum conclusit predictos simul cum decem aliis fore admittendos, pro quorum baculariorum temptatione Facultas elegit iii<sup>or</sup> magistros viz. magistrum Patricium Graym Decanum eiusdem Facultatis, magistrum Johannem Lyon, magistrum Johannem Lok et magistrum Adam Sincler, qui magistri in presencia Facultatis solitum et consuetum prestiterunt juramentum.

15 and 20 April 1458

Congregacione Facultatis Arcium tenta in nova scola fol. 46<sup>r</sup> eiusdem x<sup>mo</sup> quinto die mensis Aprilis anno etc. lviii. Quo die electi erant provisores ad festum Beati Johannis Evangeliste magistri Hugo Dowglos et Willelmus Forbes per Facultatem. Item xx die mensis eiusdem electi erant ad examinandum bacularios in cameris per Facultatem magistri Patricius Graym Decanus dicte Facultatis, magistri Johannes Lyon, Johannes Lok et Adam Sincler.

1458

Nomina Licenciatorum dicti anno

Johannes Abernethy  
Gylbertus Tyry  
Henricus Boy  
Johannes Frog

Jacobus Cor  
Johannes Dolas  
Dominus Johannes Dowte  
Dominus Alexander Vemys

4 October 1458

Congregacione Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem iii die mensis Octobris anno etc. lviii. Quo die Facultas elegit magistrum Johannem Lok in quodlibetarium et eodem die quidam magistri novelli suppli-

<sup>1</sup> *contra* scored out after *Decani*. The 'three others' were Murray, Hunter and Ireland. (See below, pp. 129-30).

cabant Facultati ut ipsos admitteret ad lecturam viz. magister Johannes Campo, magister Gilbertus Tyre, magister Jacobus <Cor><sup>1</sup> et magister Johannes Dolas. Quos Facultas admisit corporali mediante juramento secundum exigentiam statutorum Facultatis. Quo die eciam regentes elegerunt sibi libros in facie Facultatis. Eodem quoque die certi scolares presentati erant Facultati et recepti secundum formam Facultatis ad determinandum et eodem die Decanus supplicavit Facultati<sup>2</sup>, si contingat ipsum absentem esse in electionem novi decani, ut limitaret<sup>3</sup> sibi certam personam que eius vicem supleret in omnibus actibus exercendis, quod pro tunc Facultas gratanter concessit et elegit in eius absentia magistrum Johannem Lyon.

fol. 46<sup>v</sup>

ACTA VENERABILIS <VIRI><sup>4</sup> MAGISTRI JOHANNIS DE CAMPO  
CANONICI ABERDONENSIS ET RECTORIS DE TORREFF,<sup>5</sup> DE-  
CANI FACULTATIS ARCIIUM STUDII SANTIANDREE IN SCOCIA.

3 November 1458

Congregacione Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem tercio die mensis Novembris anno Domini etc. lviii pro electione novi Decani et Receptoris. Quo die per Facultatem electus erat magister Johannes de Campo Aberdonensis canonicus in decanum et magister Robbertus Pantre erat continuatus in bursarium eiusdem Facultatis, et assessores dati erant Decano eodem die, venerabiles viri videlicet magister Johannes Athylmer sacre theologie professor, Ricardus Guthre sacre theologie professor, Thomas Logy [et] Johannes Lyoun sacre theologie licenciati, et in absentia eorundem seniores Facultatis dabantur Decano ad eius voluntatem. Predictique Decanus et Receptor solita et consueta in facie Facultatis fidelitatis prestiterunt juramenta.

<sup>1</sup> Added above the line.

<sup>2</sup> *Faculti* in text.

<sup>3</sup> *limitaret* in text.

<sup>4</sup> Added above the line.

<sup>5</sup> Turriff, in Aberdeenshire.

29 November 1458

<sup>1</sup>Congregacione tenta ubi supra anno etc. lviii penultima die Novembris, proposuit dominus Decanus de custodia sigilli communis Facultatis et clavium ciste communis et illius loci secreti ubi virga Facultatis custoditur, et Facultas decrevit quod ammodo et in futurum Decanus qui pro tempore fuerit custodiam haberet communis sigilli. Et quia sunt due claves ciste et tres claves alterius loci, ideo Facultas ordinavit quod Decanus existens pro tempore duas claves haberet unam ciste et aliam illius armareoli in quo locatur virga, et quod senior magister, quicumque fuerit, similiter duas haberet, unam ciste et aliam armareoli, et si contingeret eum seniore de villa pro aliqua rata temporis discedere quod relinqueret illas claves cum alio sibi proximo in etate. Ordinavit eciam quod Bursarius pro tempore existens alias omnes claves haberet. Supplicavit eciam magister Adam Synclar quod non obstante quod duo juvenes, scilicet Johannes Hepburn et Alexander Sutherland, presentati non fuerant Facultati in principio ordinarii, quod non cederet eis in preiudicium sue determinacionis eo quod laborantes erant in partibus suis pro suis expensis et aliis sibi necessariis, et hoc concessum fuit. Supplicavit eciam magister Johannes Lok quod, quia certi bachallarii debite temptati et locati et per eum in vico vocati, cameras intrare noluerunt et in suum contemptum instrumenta publica de sua ut dixerunt iniusta vocatione et locatione in presentia omnium scolarium et in publica via petierunt, et istis non obstantibus se ad civitates alias in contemptum nostre Facultatis transtulerunt, quod ipsi propter huiusmodi contemptum<sup>2</sup> resecarentur ab omni honore et commodo in Facultate in perpetuum, et de hoc Facultas pro tunc non conclusit, sed certos nominavit deputatos ad illud aversandum et Facultati referendum, discretos scilicet viros magistros Johannem Athilmer [et] Ricardum Guthre professores in theologia, Johannem Lok [et] Johannem Lyon

<sup>1</sup> Two pointers in the margin draw attention to the first business of this Congregation.

<sup>2</sup> *contemptus* in text. Several erasures occur throughout the minute.

licenciatos in theologia, Walterum Stewart archidiaconum Sanctiandree, Willelmum Forbas, Alexandrum Skrymgeour, et Adam Synclar. Eodem die receptus est ad Facultatem magister Johannes Abyrnethy una cum magistro Alexandro Wemys debitis mediantibus juramentis.

14 January 1458-59

Congregacione tenta ubi supra xiii<sup>o</sup> Januarii anno supradicto supplicavit reverendus homo magister Johannes Lok in sacra theologia licenciatus<sup>1</sup> pro parte magistri Johannis <Lyon><sup>2</sup> iam ab antea de novo defuncti quod non obstante quod predictus magister Johannes Lyon Facultati tenebatur in xl s. communis monete Scocie, quos prius a Bursario Facultatis pro tempore existente concesserat<sup>3</sup> quod Facultas sibi voluit iam defuncto dimittere predictam <summam><sup>4</sup> et eum ac suos executores de prefata summa in perpetuum exonerare, et supplicatio concessa fuit ab omnibus magistris tunc ibi presentibus, et dimissa est summa penitus propter condignos labores quos prefatus magister Johannes Lyon exercuit in vita sua laudabiliter in Facultate, et Decanus conclusit sic fieri.

1458-1459

Nomina Determinancium illo anno

In primis	Willelmus Dowglas	Patricius Hepburn
	Willelmus Herys	Johannes Hepburn
	Johannes Flemyn	Alexander Sutherland
	Johannes Cant	Henricus Kyrealdy
	Jacobus Dolas	Patricius M'Kylhauch
	David Fywy	Johannes Cottys

12 February 1458-59

fol. 47<sup>r</sup>

Congregacione tenta ubi supra xii<sup>o</sup> mensis Februarii tamquam proxima feria vacante post primam Dominicam

<sup>1</sup> *supplicavit* repeated and scored out after *licenciatus*.

<sup>2</sup> Added above the line.

<sup>3</sup> There is a deleted contraction before *concesserat*. The minute is full of additions and alterations, and remains imperfect.

<sup>4</sup> Added above the line.

Quadragesime. Decanus singulis regentibus iniunxit sub pena juramenti quod si noverint illo anno aliquos bachallarios omnia habentes requisita quod eos et non alios presentarent, et tunc regentes presentabant certos bachallarios qui venerunt et Decano presentarunt cedulas suorum regentium. Quo facto Decanus posuit in deliberacione magistrorum pro eligendo temptatores ad examinandum dictos bachallarios, qui elegerunt<sup>1</sup> discretos viros magistros Johannem Lok magistrum in theologia, David Monypenny, Johannem Athilmer juniorem et Adam Synclar, qui solitum juramentum in facie Facultatis prestiterunt. Item<sup>2</sup> supplicatum fuit per Decanum pro certis bachallariis qui nondum suam terciam responsionem in vico perfecerant, quod Facultas cum eis de dicta responsione dispensaret, et hoc concessum fuit, dummodo tamen Facultati persolveret unusquisque iiiii s. cum vi d.

#### 15 March 1458-59

Congregacione tenta ubi supra xv<sup>o</sup> mensis Marcii, supplicavit dominus Decanus quod quia suprema domina Regina pro eo scripserat, et oporteret eum sibi in cunctis obedire et ideo recessurus<sup>3</sup> erat non securus de die sui reditus, quod Facultas alium magistrum suo loco deputare <vellet>,<sup>4</sup> qui interim suas vices supleret in omnibus, et tunc Facultas deputavit magistrum Johannem Athilmer Prepositum Sancti Salvatoris. Item<sup>5</sup> supplicavit magister Johannes Lok quod quia Anthonius de Murref sibi scripserat quod non obstante sua contumacia in anno precedente sibi et Facultati communiter facta cum aliis quibusdam collegis suis qui, postquam vocati fuerant per cedulam Cancellarii, Facultatem spreverunt et cameras intrare noluerunt, quod iam se vellet Facultati in omnibus humiliare veniam petere et debite se corrigere, quod Facultas vellet eum graciosè

<sup>1</sup> *eligerunt* in text.

<sup>2</sup> *Idem* in text.

<sup>3</sup> *recessurus* twice written and the first scored out. According to the Register of the Great Seal the Court was at Falkland on 10 March.

<sup>4</sup> Added above the line.

<sup>5</sup> *Idem* in text.

recipere, et eo graciosius quo se cum aliis ad alias partes non transtulit. Et Facultas pro tunc non omnino concessit, sed dixit se velle expectare suum adventum et ipsum audire in propria persona et secundum hoc operare. Item conclusum fuit quod in futurum non reciperentur ad gremium Facultatis aliqui magistri in aliis universitatibus creati nisi ita fuerit quod in illis universitatibus nostros recipiant magistros, et tunc in suis annis reciperentur solutis tamen bursis.

13 April 1459

Congregacione tenta ubi supra xiii die mensis Aprilis prefatus Anthonius Murref se presentavit corporaliter Facultati et magno mediante juramento fideliter asseruit quod nichil eorum que facerat in contemptum Facultatis fecit sed ex pura negligencia, et ibi veniam petiit a Decano et a tota Facultate supplicando quod Facultas vellet eum graciosius recipere et ad gradum suum cum aliis bachallariis illius anni admittere, et hoc facto Facultas concessit et Decanus eum in presencia<sup>1</sup> totius Facultatis per manum accepit et ad singula Facultatis beneficia graciosius admisit. Insuper fuit conclusum quod alii duo bachallarii qui se recesserant, scilicet Johannes Irland et Georgeus Hunter, nullatenus admitterentur ad quoscumque gradus vel honores vel comoda vel consilia Facultatis quousque condignam emendam et debitam de suo contemptu satisfactionem Facultati perfecerint, et quod modum emende avisarent magistri omnes qui pro tempore fuerint in Facultate. Insuper electi erant in provisores pro festo Sancti Johannis Evangeliste magistri Alexander Skrymgéour et Johannes Abernethy. Finaliter supplicavit Decanus quod quia iturus erat ad suum synodum versus ecclesiam Abirdonensem, eo quod suus Episcopus<sup>2</sup> scripserat specialiter pro eo quod Facultas<sup>3</sup> alium substitueret in loco suo

<sup>1</sup> *in persona* in text.

<sup>2</sup> Bishop Thomas Spens. John de Campo, rector of Turriff and canon of Aberdeen, must have returned from his mission to the Queen. In view of the royal control exercised over the Church of Aberdeen at this time, one wonders if there was any political significance in the meteoric career of John de Campo in the Faculty of Arts at this juncture.

<sup>3</sup> *Facultates* in text.

qui vice sua in singulis fungeretur, et Facultas substituit unanimiter magistrum Alexandrum Newtoun vicarium de Carall.<sup>1</sup>

1459

Nomina Licenciatorum in illo anno

<Antonius Mwrrefe> <sup>2</sup>	David Peblys
Nicholaus Kenedy	Dominus Willelmus Ricardi
Dominus Thomas Inchmertyn	Dominus Johannes Armowrar
David Cor	Walterus Stratown
Adam Gordown	Henricus Ramsay
Dominus Colinus Kenedy	Johannes Lystown
Alexander Guthre	Dominus Clemens Currowr

ACTA MAGISTRI JOHANNES LOK IN ARTIBUS ET SACRA fol. 47<sup>v</sup>  
THEOLOGIA MAGISTRI.

3 November 1459

Generali Congregatione Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem tercia die Novembris pro electione novi Decani et Receptoris. Qua die eadem fuit concorditer electus ab omnibus magister Johannes Lok in decanum et continuatus fuit magister Robertus Pantre Receptor, pro cuius computo audiendo dabantur a Facultate magister Thomas Logy tunc temporis Rector, magister Thomas Ramsa, magister David Monypenny et magister Johannes Athilmer junior, quibus forte absentibus vel uno absente, habuit Decanus in arbitrio suo ad accipiendum unum vel plures prout opus esset ad suplendum defectum absentis vel absentium. Insuper eadem die dabantur Decano ut consilarii speciales in factis Facultatis quatuor seniores magistri et in absentibus unius vel plurium ipsorum concedebatur Decano facultas accipiendi quem elegerit, et predicti Decanus et Receptor solita prestiterunt iuramenta in facie Facultatis.

<sup>1</sup> Crail, in Fife.

<sup>2</sup> This name is written in a different ink, and seems to have been inserted later.

21 December 1459

Facultate Arcium congregata <xxi Decembris><sup>1</sup> ad instantias magistri Ade Synclar Quodlibetarii istius anni et quorundam aliorum magistrorum Facultatis ad avisandum an fuisset iniuria facta predicto magistro Ade Quodlibetario et Facultati, in quam exercuit officium publicum per deputacionem Facultatis, ex fixatione cuiusdam libelli defamatorii et famosi<sup>2</sup> [in] <ostio nove scole>,<sup>3</sup> ut asseruit idem magister Adam predictus, <per magistrum Alexandrum Schry[m]geour contumacem><sup>4</sup>. Decanus posuit in deliberacione Facultatis an Facultas sustinuit iniuriam quia dicti Adam et Alexander magistri tracti erant ad concordiam, unde singuli magistri presentes tunc unanimiter deliberarunt factum redundasse Facultati ad nocumentum <et scandalum non modicum><sup>5</sup> sed quia putarunt quod fecit solum ex passione ire qua commotus fuit contra personam domini Quodlibetarii non intendens in aliquo Facultatem offendere, sicut eciam idem magister Alexander declaravit in sua consciencia, ideo misericorditer agentes domini de Facultate deliberarunt in suis conscienciis quod adminus deberet reformare in facie Facultatis per recognicionem solam delicti et postulacionem venie, presente eciam cum Facultate reverendo in Christo patre et domino domino Dei et Apostolice Sedis gracia <Niniano><sup>6</sup> Episcopo Candidecase tempore sue humiliacionis, et ita conclusit Decanus debere fieri, et dilatatum erat factum usque ad novam Congregacionem eo quod reverendus dominus Episcopus tempore deliberationis non erat presens.

<sup>1</sup> Added above the line. This minute has several interlinear and marginal interpolations and corrections in the text.

<sup>2</sup> *famasi* in text.

<sup>3</sup> These words are added in the margin, which has been partly cut off in the binding.

<sup>4</sup> These words are interpolated above the line, and partly obscured in the binding. They should have gone along with the earlier interpolation: i.e. whether injury was done by the fixing of the defamatory libel on the door of the new school by the contumacious master Alexander Schrymgeour.

<sup>5</sup> Added above the line.

<sup>6</sup> Added in the margin. At this time, at the instance of the Bishop of Aberdeen, a case against Bishop Ninian Spott was pending before the Bishop of Glasgow and the Prior of St Andrews (*C.P.R.*, xii, 57).

1459-1460

## Nomina Determinantium in artibus eodem anno

Dominus Willelmus Blakater  
Georgeus Abernythy

Thomas Foster

8 April 1460

Die Martis octava Aprilis anni Domini millesimi quadringentesimi sexagesimi Congregatione <generali><sup>1</sup> tenta in novis scholis Arcium. Dominus Decanus proposuit in facie Facultatis quod, appropinquante tunc festo Beati Johannis Ewangeliste, quod ex laudabili consuetudine et statuto Facultatis singulis annis solemniter colitur a Facultate et celebratur, utile fuit et expediens eligere provisos prout moris fuit ad providendum pro festo in die. Interim supervenerunt diversi domini et prelati viz. reverendus in Christo pater dominus Ninianus Dei et Apostolice Sedis gratia Episcopus Candide Case et venerabiles patres Willelmus miseracione divina Prior monasterii ecclesie cathedralis Sanctiandree<sup>2</sup> et<sup>3</sup> tunc temporis vicarius generalis reverendi in Christo patris et domini Jacobi Episcopi Sanctiandree in remotis agentis, et Gilbertus eadem miseracione Abbas Sedis Animarum, necnon vir magne prudencie dominus Johannes Thome rector<sup>4</sup> de Eneraryte<sup>5</sup> camerarius prefati domini nostri Episcopi Sanctiandree. Quorum adventus causam exposuit predictus venerabilis pater dominus Prior Sanctiandree subsequentium verborum sensu sic exordiens: Domini et magistri huius venerabilis Facultatis Arcium nos viz. dominus meus Episcopus Candide Case ego et alii socii mei hic presentes lamentamur<sup>6</sup> in uno

<sup>1</sup> Added above the line. This badly composed and carelessly written minute is not in the hand of the Dean.

<sup>2</sup> William Boner, Prior of St Andrews, was one of the conservators of the privileges of St Salvator's College. See references to him in *Bishop Kennedy, ad indices*.

<sup>3</sup> After *et* there is an unfinished word, apparently *gil* [? *Gilbertus*]. It should read *et magister Thomas Logy*, as he is named Vicar General elsewhere in this minute. For the absence of the Bishop, see references in *Bishop Kennedy*.

<sup>4</sup> *rectoris* in text.

<sup>5</sup> Inverarity, near Forfar. John Thome was chamberlain of Bishop Kennedy, and afterwards his executor.  
*lamantamur* in text.

quod verisimiliter oriri apparet in Facultate Arcium sub bona pace et unione divissa<sup>1</sup> in recessu domini nostri absentis qui pacem et unionem nobis ex intimis cordis sui ut bene novitur. Consocius meus magister Thomas Logi vicarius generalis legavit ipsa<sup>2</sup> quae protectioni<sup>3</sup> nostre et defensionis instantissime commendavit viz. divisio magistrorum regencium unde ut nobis videtur <imminet><sup>4</sup> Universitatis dampnum non modicum Facultatis grave dispendium et magna disolucio scolarium ut retroactis temporibus bene novimus et in parte nunc experti sumus per scolarium die et nocte continuum discursum in publico vico et platea magistros suos non formidantes sed otio ludis et spectaculis vacantes quia sciunt se peccare impune ab altero magistrorum semper nequiter defesi timore transferendo se ad alium magistrum dum puniuntur. Quare ut nobis videtur bene providere pro remedio ut pax in Universitate firmetur et tranquillitas in Facultate stabiliatur una et Facultatis commodum per profectum scolarium procuretur quod et supplicamus. Ex altera parte supplicavit magister Adam Sinclair qui disposuit se ad novum pedagogium inchoandum viz. quod non impediretur a suo proposito; sed quia lamentacio predictorum dominorum prelatorum videbatur in parte pertinere, ut iidem domini prelati asseruerunt, ad magistrum Johannem Lok tunc Decanum, ideo ex supplicatione eorundem dominorum et consensu Facultatis subtraxit se <ab><sup>5</sup> illa Congregatione, substituto<sup>6</sup> in loco eius magne sciencie et prudencie viro magistro Thoma Ramsay qui posuit in deliberationibus magistrorum commune bonum Facultatis<sup>7</sup> et Universitatis et diligenter inquirens vota singulorum circa hanc materiam conclusit simpliciter unum tantum fore pedagogium pro biennio incipiendo a festo Pentecostes proximo sequente hanc Congregationem, et hoc fecit ex matura<sup>8</sup> deliberacione xxii magistrorum persona-

<sup>1</sup> *divissa* in text. The whole passage is defective; e.g. the verb is lacking.

<sup>2</sup> *ipsae* in text.

<sup>3</sup> *protectione* in text.

<sup>4</sup> Added in the margin

<sup>5</sup> Altered from *pro*, and added above the line.

<sup>6</sup> *substituto* in text.

<sup>7</sup> *Facullatis*: first written before *commune bonum* and scored out.

<sup>8</sup> *matura* written twice and the first scored out.

liter presencium et trium continue in Universitate residencium tunc ad suas ecclesias absencium qui vota sua cum aliis magistris presentibus dimittencium,<sup>1</sup> qui dixerunt in suis deliberationibus quod nullius suplicationem sed solum Deum prae oculis habuerunt et commune bonum Universitatis et Facultatis ad quod ex debito justicie erant astricti et juramenti vinculo obligati et ideo ex rigore justicie pro bono rei publice hanc<sup>2</sup> conclusionem emanare petierunt, quod et factum fuit. Nomina magistrorum sunt hec: magister Walterus Stewart Rector Universitatis, magister Thomas Logi vicarius generalis, M. Hugo Duglas thesaurarius Glasguensis, M. Thomas Ramsay canonicus Dunkeldensis, M. Willelmus Forbas canonicus ecclesiarum cathedralium<sup>3</sup> Brechinensis et Aberdonensis, M. Alexander Seves, M. Robertus Monteth, M. Thomas Brown licentiatus<sup>4</sup> in theologia, M. Nicholaus Kennide, M. Johannes de Abernythty, M. Alexander Lindyssay, M. Colinus Kennide, M. Thomas Ynchmertyn, M. Walterus Straton, M. Jacobus Cor, M. Johannes Lystoun, M. Henricus Bois, M. David Cor, M. Willelmus Seves, M. Alexander Penycowk rector de Penicowke, M. Willelmus Recardi, M. Adam Gordoun. Hii erant presentes. Nomina<sup>5</sup> absencium qui dimiserunt vota sua, primus magister noster Recardus Guthre in artibus magister et in sacra theologia professor cuius votum<sup>6</sup> exposuit magister [Johannes]<sup>7</sup> Lok Decanus, M. Johannes Athilmer qui exposuit votum suum primo coram Decano Facultatis in presencia Bedelli, magistri Johannis Dolas, domini Thome Dog,<sup>8</sup> domini Thome Halywell <et demum dimisit magistrum Robertum Menteth ad publicandum vota Facultati, et ita fecit<sup>9</sup>; et M. Alexander Scrymgeour dimisit votum suum cum magistro Thome Logi vicario generali.

<sup>1</sup> This appears to be the final form: originally written *dimittentibus*.

<sup>2</sup> *hac* in text.

<sup>3</sup> *ecclesiarum chathedralium* in text.

<sup>4</sup> *lecentiatus* in text.

<sup>5</sup> There is a cross in the margin here, and much confusion in the lines which follow.

<sup>6</sup> *notum* in text.

<sup>7</sup> *Johannes* omitted in text.

<sup>8</sup> *Dog* is faded.

<sup>9</sup> Added in bottom margin as an insertion, perhaps out of place.

fol. 48<sup>v</sup>

Nomina absencium qui dimiserunt vota sua cum aliis magistris presentibus. In primis magister Recardus Guithre cum magistro Johanne Lok Decano, magister Alexander Scrymgowr cum magistro Thoma Logy vicario generali et magister Johannes Athilmer junior cum magistro Roberto Menteth. Petiit insuper magister Thomas Ynchmertyn a magistro David Monepeny notario <super hiis><sup>1</sup> omnibus fieri publicum instrumentum.

Et ego prefatus Walterus Stuart Rector Universitatis approbo et ratifico omnia in hac conclusionem contenta teste manu propria. Et ego Hugo Dowglas thesawrarius Glasguensis approbo eandem conclusionem manu propria. Et ego Willelmus Forbes sum ad idem manu propria. Et ego Wilelmus Scheves similiter manu propria. Et ego Nycholaus Kennyde approbo eandem conclusionem manu propria. Et ego Johannes de Abernethy conformiter approbo manu propria.

Et ego Thomas Brown sum ad idem teste manu propria.

Et ego Willelmus Ricardi sum ad idem teste manu propria.

Et ego Adam Gordone sum ad idem manu propria teste.

Et ego Alexander de Penycuk sum ad idem teste manu propria.

Et ego Valterus Straton sum ad idem teste manu propria.

Et ego Johannes Lyston sum ad idem teste manu propria.

Et ego David Cor approbo conformiter teste manu propria.

Et ego Alexander Scheves approbo et ratifico conformiter premissa teste manu propria.

5 June 1460

fol. 49<sup>r</sup>

Congregacione Facultatis tenta in nova scola quinta die Junii in ebdomada Penticostes feria quinta ex speciali dispensacione Facultatis ex racionabilibus causis.<sup>2</sup> Ubi Decanus proposuit querelam contra magistrum Adam

<sup>1</sup> *super hiis* originally written before *notario*, then scored out, and written in the margin after *notario*.

<sup>2</sup> Originally *ex specialibus racionabilibus causis*.

Sinclar et quosdam scolares conspiratores et rebelles transferentes se ad pedagogium novum inchoandum preter consensum Facultatis et contra conclusionem de novo conditam de unico pedagogio ad biennium et secundum unam aliam<sup>1</sup> ab antiquo habitam in revocatione ut asseruit magister Johannes Lok tunc Decanus, qui et legit eam et eciam legit quedam statuta faciencia ad eandem. Proposuit eciam in deliberationibus suis quis regeret illud pedagogium unicum quod concluderunt fore pro biennio. Dicti eciam magistri in illa Congregatione existentes unanimiter deliberarunt <paucis exceptis><sup>2</sup> quod Decanus faceret executionem statuti <super translacionem scolarium editi><sup>3</sup> contra predictum magistrum Adam et scolares secum se transferentes de pedagogio magistri Johannis Lok tunc Decani ad novum inchoandum, cuius inchoacionem tamquam communis commodi Universitatis et Facultatis <destructivam><sup>4</sup> respuerunt. Similiter secundum quod prius conclusum fuit unicum fore, ita tunc perseverantes in proposito eodem posuerunt se iudice defendere surgentes cum Decano, postulantes humiliter a magistro<sup>5</sup> Valtero Stuart Conservatore<sup>6</sup> et Rectore Universitatis litteras suas ad compellendum prefatos Adam et scolares secum contra statuta et conclusiones transferentes necnon omnes alios et singulos eis aliquo modo in hoc facto faventes et auxilium prebentes ad <observationem preditorum><sup>7</sup>. Quam supplicationem tamquam justam admisit prefatus dominus Rector tunc in eadem Congregatione personaliter presens. Insuper deliberarunt [quod] magister Johannes Lok regeret<sup>8</sup> illud pedagogium unicum et quod haberet secum magistrum Adam Sinclar si velit stare et in casu quo non vellet stare secum acciperet magistros Johannem de Abernethi et

<sup>1</sup> i.e. the erection of a new pedagogy was contrary to the conclusion recently made, but conformed with another conclusion, which the Dean asserted had been revoked.

<sup>2</sup> Added above the line.

<sup>3</sup> Added above the line.

<sup>4</sup> Added above the line.

<sup>5</sup> *magistro* written twice, and the first scored out.

<sup>6</sup> He was Conservator by reason of his office as archdeacon of St Andrews.

<sup>7</sup> In the margin. There are frequent cancellations and alterations, and in places the grammatical structure breaks down.

<sup>8</sup> *deliberarunt magistrum Johannem Lok regeret illud pedagogium* in text.

Johannem Dolace. Insuper deliberarunt et ordinarunt quod nulla lectura staret pro forma nec reputaretur nec eciam computaretur pro tempore nisi in pedagogio <unico><sup>1</sup> quod Facultas in conclusione precedente ordinavit et in ista Congregatione ratificavit. Et <eciam><sup>2</sup> admisit Facultas unam supplicationem factam per dominum Thomam Pottar scilicet tolleranciam unius fenestre respicientis clausuram hospicii Facultatis versus oriens pro uno anno vel durante consensu Facultatis ad minus quia non supplicavit pro ulteriore tempore. Nomina magistrorum sunt hec qui unanimiter hanc conclusionem petierunt, scilicet magister Valterus Stuart archidiaconus tunc Rector, magister Hugo Douglace thesaurarius Glasguensis, magister Willelmus Forbes canonicus Glasguensis et Aberdonensis ecclesiarum et rector de Dunbarne,<sup>3</sup> magister Thomas Logy tunc vicarius generalis, magister Thomas Broun licenciatus in theologia, magister Patricius Rede vicarius de Bathkate, magistri Alexander Scheves et Robertus Menteth bachalarii in decretis, magister Johannes Athilmer junior vicarius de Menmor, M. Alexander Pennycuke rector eiusdem, magister Thomas de Inchmartyn, M. Nicholaius Kennedy, M. Walterus Straton, M. Colinus Kennedy, M. Willelmus Scheves, magister Johannes Armorar, M. Johannes Lyston, cum quibus conclusit ad ipsorum instancias et ut debuit Decanus. A quibus demandavit<sup>4</sup> magister Archibaldus Knows rector de Dary in deliberando quod elegant pro principali regente magistrum Johannem Armourar. Item magister Johannes Dolace elegit seipsum et magister David Peblis fuit conformis sibi. Item magister Alexander Turnour elegit magistrum Adam Sinclar pro principali regente. Item magister Alexander Vemys neminem vellet eligere eo quod non fuit conformis priori conclusioni, sed magister Adam Sinclar conclusit, ut verbis suis utar: 'Volo gaudere libito meo et libertate'. Predicti eciam quinque magistri viz. Archiebaldus, Alexander Johannes, David et alter Alexander deliberarunt || scolares contra quos deposuit [Decanus] querelam, fuisse cuiuslibet

<sup>1</sup> In the margin.

<sup>2</sup> In the margin.

<sup>3</sup> Dunbarney, near Perth.

<sup>4</sup> *demavit* in text.

regentis<sup>1</sup> et posse stare cum magistro Adam non obstante quod transtulerunt se de domo ubi dormiverunt et domo<sup>2</sup> ubi exercitia in lectionibus et disputacionibus, qui dicitur scola, habuerunt, ex quo steterunt in eadem aula commedendi ubi prius stabant. Super quo peccit magister Thomas Logy instrumentum a magistro Roberto Monteth nomine Facultatis, Decano precipiente deliberaciones suas notario reiterari.

3 July 1460

Congregacione Facultatis tenta tertia die Julii presentarunt se coram facie Facultatis duo licenciati ab una parte videlicet Willelmus Douglace et Alexander Meldrum, protestantes quod non cederet eis ad preiudicium loci dati eis in vocacionibus<sup>3</sup> ascensus cathedre magistralis aliorum duorum licenciatorum videlicet Johannis Flemyng et Alexandri Sutherlande, qui convenientes coram Facultate expresse annuerunt protestacionibus suis. Ubi palam dixit Johannes Flemyng primus ascendencium quod semper deferet in loco predictis Willelmo et Alexandro protestantibus, quod eciam debere fieri conclusit Facultas, attento quod prefatus Johannes primus ascendencium amisit diem suum sicut et licenciati protestantes qui equi provisi erant pro proxima die sicut et domini licenciati qui cathedram ascenderunt.<sup>4</sup> Hee insuper redegit in scriptis ad futuram rei memoriam supplicarunt domini licenciati qui protestacionem fecerunt.

5 October 1460

Congregacione Facultatis tenta quinta die Octobris ultra consuetam diem dilata propter dedicationem ecclesie collegiate Sancti Salvatoris. Presentabantur per regentes prout moris est certi determinaturi in artibus hoc anno.

<sup>1</sup> ? were not attached to any particular regent.

<sup>2</sup> Originally *et studio domo*: *studio* is crossed out by a stroke of the pen.

<sup>3</sup> See the list of licentiates below. They ask that the ascending of the master's chair by Fleming and Sutherland may not turn to the prejudice of the place given to them (the protesters) in the callings.

<sup>4</sup> i.e. Fleming, the first to ascend the chair, had lost his day, and the following day, when he and Sutherland did ascend the chair, was the day that had been provided for Douglas and Meldrum equally.

Insuper quia in ista Congregacione est moris eligere quodlibetarium, ideo inquirens vota magistrorum conclusum fuit quod magister Jacobus Ogilwy, absens ut tunc, esset quodlibetarius illius anni, qui tamen postquam audivit simpliciter renuit, assignans diversas rationes quare non potuit hoc officium exercere. Et quia Decanus reputavit magnum dispendium honoris Facultatis et Universitatis hunc actum utiliter et solemniter ad multos annos preteritos celebratum tunc debere deficere, ideo vocavit magistros seniores et alios quos potuit commode habere ad Collegium Sancti Salvatoris, consulens eos quod fieri debeat in hoc casu, qui unanimi consensu auditis rationabilibus excusacionibus magistri Jacobi Ogilwy eligerunt magistrum Thomam Broun quodlibetarium, acceptantem officium cum protestacione supportacionis in libris et responsalibus. Quod sibi concessum fuit ab omnibus presentibus. L.<sup>1</sup>

1459-1460

Licenciati anni etc. lx

In primis Villelmus Douglace  
Alexander Meldrum  
Johannes Flemyng  
Alexander Sutherland  
Henricus Kyrealdy

Johannes Cant  
Dominus Patricius Magilhauch  
Willelmus Herys  
Dominus Donaldus Herys

50<sup>r</sup>

ACTA MAGISTRI ALEXANDRI SCRYMGGEOWR IN ARTIBUS MAGISTRI ET IN DECRETIS BACHALARIJ, RECTORIS ECCLESJARUM DE FORTYWYOTHT<sup>2</sup> ET DE GLASTER<sup>3</sup> SANCTIANDREE ET LYSMORENSIS DYOCESIJUM.

Acta Alexandri<sup>4</sup> Skrymgeour in artibus magistri et in decretis bachallarii.

3 November 1460

Generali Congregacione Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem tercia die mensis Novembris anno domini m<sup>o</sup> cccc<sup>o</sup> sexagesimo pro electione novi Decani et Recep-

<sup>1</sup> Initialled by John Lock. The minutes are holograph in his hand, except for the Congregation of 8 April, from which he withdrew as an interested party.

<sup>2</sup> Forteviot, near Perth.

<sup>3</sup> Glassary, in Argyll.

<sup>4</sup> *magistri* deleted before *Alexandri*.

toris. Quo die fuit concorditer electus ab omnibus magister Alexander Skrymgeour in decanum et continuatus fuit magister Robertus Pantre Receptor, et eodem die magister Thomas Broun electus erat in quodlibetarium. Quibus peractis supervenit quidam Georgius Hunter asserens magistrum arcium se Parisius fore creatum, qui humiliter supplicavit eidem domino Decano et magistris Facultatis eiusdem quatenus eundem Georgium reciperent in magistrum et ad privilegia dicte Facultatis admitterent, subiciens se humiliter correctioni dicti domini Decani et Facultatis in hiis que contra dictam Facultatem forisfecit. Qui Decanus et magistri eiusdem Facultatis continuarunt eiusdem Georgii receptionem et admissionem usque in adventum reverendi in Christo patris et domini domini Jacobi Episcopi Sanctiandree in remotis agentis ad partes, racionalibus et certis causis exigentibus.

13 November 1460

Congregacione generali Facultatis Arcium tenta xiii die Novembris in nova scola eiusdem pro assessoribus elegendis Decano. Magister Alexander Scrymgeowr tunc eiusdem Facultatis Decanus cum instantia supplicavit magistris ut elegerent sibi viros discretos providos et ydoneos in assessores qui sciverint utile et honestum prebere concilium pro comodo Facultatis et honore; et ne gravaretur indies Facultas multiplicibus<sup>1</sup> sepe currencium diversarum causarum questionibus, petiit idem Decanus ut quod ab eo de consilio dictorum assessorum fuerit mature conclusum roboris haberet firmitatem. Magistri omnes Facultatis tunc presentes dictam petitionem considerantes fore justam et rationi consonam elegerunt providos discretos et magne sciencie viros viz. magistrum Recardum Gudthre in artibus magistrum in sacra theologia<sup>2</sup> professorem eximium, magistrum Thomam Logy eciam in artibus magistrum et in theologia licenciatum vicarium generalem reverendi in Christo patris ac domini domini Jacobi<sup>3</sup> Dei et Apostolice

<sup>1</sup> *multiplicibus* in text. The word has been misspelt, scored out, and rewritten.

<sup>2</sup> *theoligia* in text.

<sup>3</sup> In margin *Ke[nnedy]*.

Sedis gracia Episcopi Sanctiandree in remotis agentis, magistrum Jacobum Ogylwy rectorem de Downenowe,<sup>1</sup> magistrum Alexandrum Newtown rectorem de Twynyngaym<sup>2</sup> et vicarium de Carayll, magister Alexandrum Sywass vicarium de Monymwsk, et in absentia horum vel alicuius eorum dederunt potestatem elegendi alios quos Decanus sibi vellet eligere assessores juxta formam in premissa<sup>3</sup> petitione ipsius Decani contentam. In qua eciam Congregatione quo ad materiam questionis mote de recessu quorundam scolarium inter venerabiles viros magistrum viz. Johannem Elmayr seniorem Prepositum Ecclesie Sancti Salvatoris et magistrum Johannem Lok Principalem Regentem in Pedagogio tunc existentem [ad] finiendum et sine debito terminandum dicta Facultas ipsi Decano et assessoribus plenariam contulit potestatem.

22 December 1460

Congregatione generali Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem xxii die mensis Decembris. Magister Alexander Scrymgeour tunc Decanus post decretum ipsius et suorum assessorum quo ad scolares restituendos mandavit magistro Johanni Lok ut ipse receptos per eum scolares magistro Johanni Elmayr restitueret aut causam rationabilem coram Facultate assingnaret quare hoc facere non deberet. Qui post varias ab eo assingnatas rationes dixit se libenti anima velle reddere ipsi Decano scolares circa quos mota erat questio, et ut Decanus consilio assessorum disponderet circa illos prout melius videretur eidem juxta eiusdem Facultatis constitutiones et statuta. Tunc autem Decanus de huiusmodi responso contentus diligenter quesivit a magistris Facultatis si hoc eiis placeret<sup>4</sup> || et ut verbis eius utar dixit: 'Magistri reverendi placet hoc vobis omnibus', qui incipiendo a senioribus usque ad juniorem inclusive dixerunt 'Placet,' excepto magistro Johanne

<sup>1</sup> Dunino, near St. Andrews, the endowment for the Bachelor of Theology of St. Salvator's College.

<sup>2</sup> Tynninghame, in East Lothian.

<sup>3</sup> *in premissa*, written twice, and the first scored out.

<sup>4</sup> There are several corrections in this paragraph.

Elmayr seniore qui erat una partium inter quas restitutionis questio vertebatur, qui tamen non palam contradicebat. Cui, viz. magistro Johanni Elmayr, Decanus ex adverso iniunxit ut ipse simili modo restitueret scolares per eum receptos de pedagogio ipsius magistri Johannis Lok tres viz. quendam Brown et duos alios fratres quorum cognomen le Hebbwrn,<sup>1</sup> ita ut, restitutione facta Decano hinc inde pro ut erat a Facultate conclusum, scolares utrius magistri venirent coram Decano et assessoribus suis suas allegantes rationes que, si invenirentur rationabiles ut<sup>2</sup> propter illas mutarent loca aut domus, cedula optenta juxta statuta Facultatis a Decano de licencia in nomine domini ad alia se transferant loca, alioquin remanerent<sup>3</sup> exigente justicia apud eadem loca e quibus nemine adducente ignorancia[m] exire conebantur. Post que surgente Decano venerabilis et magne science vir magister Johannes Elmayr senior dicebat Decano ipsum minus bene interrogasse vota magistrorum pro eo quod eius votum non erat singulatim<sup>4</sup> et per se quesitum circa huiusmodi decretum. Decanus autem intelligens ipsum fore alteram contradictionis partem dicebat se juste secundum Deum et justiciam interrogasse de votis aliorum, eius omnino voto cum alter esset partium pretermisso, ipso magistro Johanne omnino contrarium asserente. Item Decanus supplicavit eidem magistro ut maneret et declarationem magistrorum Facultatis et eorum decretum audiret circa huiusmodi negotium si ipse in aliquo deliquisset, mandans Bedello ut quosdam magistros a Congregatione recedentes revocaret, et ipse Decanus personaliter et viva voce dictum magistrum, ad eius supplicationem nihil omnino facere volentem, monuit in virtute obedientie et auctoritate qua fungebatur et sub pena periurii ut maneret et vota magistrorum audiret. Ipse autem magister Johannes dictis Decani monitionibus parere refutans recessit, de cuius contemptu et inobedientia deficiente notario idem Decanus

<sup>1</sup> Patrick and John Hepburn determined in 1458-1459, and Alexander Brown in 1457-1458. There is no record that the Hepburns proceeded to the licence.

<sup>2</sup> *at in text.*

<sup>3</sup> Two words cancelled before *remanerent*. The whole minute is carelessly constructed.

<sup>4</sup> *singelatim* in text.

testimonium cepit de illustribus<sup>1</sup> et multum famosis viris arcium magistris: Huggone Dowglass Glasgowensis et Abyrdonensis ecclesiarum canonico et rectore de Hawyk, magistro Wyllielmo Forbass predictarum eciam ecclesiarum chathedralium canonico et rectore de Dunbyrne, magistro Valtero Lyndyssay rectore de Lasswayde, magistro Thome Brown licenciato in theologia, magistro Alexandro Penythwyk rectore eiusdem, magistro Alexandro Turnowr sacerdote, Henryco Forsytht Bedello Facultatis et aliis diversis ad premissa vocatis per Decanum et in testimonium requisitis.

28 January 1460-61

Congregacione generali Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem anno Domini m cccc <lx><sup>2</sup> xxviii die mensis Januarii. Duo erant proposita per Decanum in deliberatione magistrorum. Primum ad habendum penale statutum pro futuris temporibus duraturum contra scolarium irrefrenatam lasciviam arma invasiva bellicave invadendi animo publice portancium, quorum sevirior contagio, quam Deus ipse gloriosus avertere dignetur, contingere possit et magistrorum et matris nostre alme huius Universitatis lacrimanda eversio.<sup>3</sup> Secundum fuit quid viz. faciendum esset circa venerabilem virum magistrum Johannem Elmayr seniore in sacre theologia professorem, qui nec ad mandatum Decani ex consilio assessorum emanans<sup>4</sup> viz. magistri Thome Ramyssa famosi viri et unius seniorum Facultatis Arcium, magistri Valteri Lyndissay rectoris de Laswayd, magistri Alexandri Newtoun, magistri Jacobi Ogyllwy et magistri Alexandri Sewess in prioribus nominatorum privato modo comparere voluit coram Decano aut eius assessoribus ad reformandum ea que forte Decanus habebat contra ipsum aut ipse contra Decanum, cum idem ipse Decanus misisset [*sic*] ad eum providos et magne

<sup>1</sup> In text *de illustribus et illustribus*. A dotted line under *et illustribus* indicates cancellation, but this method is unusual.

<sup>2</sup> *lx* added above the line: changed from *etc*.

<sup>3</sup> *eversio* written twice, and the first (before *lacrimanda*) scored out.

<sup>4</sup> This word has been rewritten. The passage is full of corrections, emendations and obscurities.

sciencie viros viz. magistrum Thomam Logy in theologia licenciatum et magistrum Jacobum Ogyllwy ad quorum monita suaviori eciam modo quo poterant obtenta venire contempsit, nec eciam alias bina vice per Henricum Forsytht tunc Bedellum monitus ut compareret in Generali Congregacione in facie Facultatis modo aliquo comparere voluit sed vehementi contumacia permanens venire contempsit, quare et Decanus consuluit Facultatem in duobus punctis iam tactis. Facultas autem, pensata sua reverenda qualitate persone viz. ipsius magistri Johannis, noluit repentinam in ipso ferre sententiam, rigore omisso mansuetam sequens equitatem ad avisandum de propositis per Decanum assignavit certos deputatos providos viros viz. magistrum Johannem Lok in theologia professorem, magistrum Thomam Ramysay,<sup>1</sup> magistrum <Walterum><sup>2</sup> Lyndyssay rectorem de Laswayd, magistrum Johannem de Balfowyr,<sup>3</sup> magistrum Jacobum Ogyllwy rectorem de Downhenow, magistrum Johannem Monypenne et magistrum Dawydem Monypenny <et magistrum Johannem [ ]><sup>4</sup>.

1460-1461

Nomina Determinancium in artibus anni lx

fol. 51<sup>r</sup>

Thomas Murreff	Jacobus Myntheytht
Alexander Stuart	Georgius Brown
Jacobus Stuartht	Patricius Calwyn
Dominus Henricus Andree	Macolmus Drowmmwnde
Maucolmus Rook	Johannes Bwrnet
Alexander Culan	Johannes Thronton
Dominus Gylbertus Andree	

22 August 1461

Congregacione facta in novis scolis Arcium xxii<sup>o</sup> die mensis Augusti. Receptus erat magister Georgius Hwnttar Parisius graduatus qui de transgressione gradi optenta contra eum per Facultatem ex quadam appellacione

<sup>1</sup> A space left after *Ramsay*.

<sup>2</sup> In the margin.

<sup>3</sup> A space left after *Balfowyr*.

<sup>4</sup> In the margin. The surname has been cut off in a torn edge of the page, but ends in —n [?Liston].

interiecta per quendam Johannem Yrlande tempore vocationis eorundem ad licenciam, de quaquidem appellacione habebatur ipse Georgius suspectus a Facultate eo quod ipse et prefatus Johannes abierunt licencia nondum optenta, sed dictus Georgius post gradum alibi<sup>1</sup> receptum cum omni humilitate supplicavit magistro Alexandro Scrymgowr tunc Decano et eciam Facultati ut pregacionem dignarentur audire et ipsum omnino inculpabilem ut asseruit ad gremeum Facultatis de eorum benignitate recipere curarent. Deputatis autem certis assessoribus a Facultate ad avisansandum super ista suplicatione a prius facta, viz. magistro Valtero Stuart archidiacono Sancti Andree et Rectore pro tunc, magistro Johanne Lok, magistro Thoma Ramyssay, magistro Alexandro Syvass, magistro Roberto Pantre, avisatum erat ut reciperetur ad Facultatem si primo purgaret se de appellacione et contemptu obiectis per Facultatem contra eundem corporali mediante juramento; secundo ut flexis<sup>2</sup> genibus veniam a Facultate et a magistro Johanne Lok, a quo tanquam a presedente in actu vocationis Johannes Yrlande eiusdem socius appellavit; tercio si juramenta in Facultate Arcium fieri <consueta><sup>3</sup> presteret, bursas quoque Universitatis et Facultatis ut receptorum<sup>4</sup> moris est solueret. Congregacione igitur hac ex dictorum assessorum consilio facta, dictis tribus a prefato magistro Georgio in Facultatis facie humili animo perimplectis, excepta bursarum solucione quas<sup>5</sup> perimplere promiserat, receptus est, solo magistro Johanne Lok in contrarium nitente aliis omnibus ipsius receptionem approbantibus ex gracia cum et benignitate Facultatis<sup>6</sup>.

2 October 1461

Congregacione facta ubi supra 2<sup>o</sup> die mensis Octobris. Electus erat magister Jacobus Ogylwy tunc absens in

<sup>1</sup> *alubi* in text. The spelling is capricious throughout, e.g. *gremeum*.

<sup>2</sup> *flaxis* in text.

<sup>3</sup> Added above the line. There are various deletions and alterations throughout the minute.

<sup>4</sup> *sic*; should read *bursas Universitatis et Facultatis Receptorum ut moris est solueret*.

<sup>5</sup> *que* in text.

<sup>6</sup> See also Appendix, p. 458 below.

quodlibetarium, et quia antea convenire non poterant magistri pro missa de Sancto Spiritu in principio ordinarii<sup>1</sup> celebranda ut moris est, decretum erat ut celebraretur in sequenti Dominica in Capella Beati Johannis. Item magister Thomas<sup>2</sup> supplicavit Facultati ut remitteret sibi quandam summam sex nobilium vel eo circa,<sup>3</sup> quare quidam voluerunt integram sibi remittere summam, maior tamen pars mediam partem decrevit ut idem magister Thomas de tribus nobilibus Facultati satisfaceret.

ACTA MAGISTRI HUGONIS DE DOWGLACE CANONICI ECCLESIE fol. 51<sup>v</sup>  
CATHEDRALIS ABBERDONENSIS.

3 November 1461

Anno Domini millesimo quadringentesimo lxi<sup>o</sup> die tertia mensis Novembris congregata fuit veneranda Facultas Arcium in novis scholis super tribus articulis. Primus erat ad eligendum novum Decanum.<sup>4</sup> Secundus erat ad eligendum novum Receptorem vel continuandum antiquum. Tercius erat communis super supplicationibus et iniuriis. Quantum ad primum electus fuit magister Hugo Dowglace in decanum Facultatis nemine contradicente, qui quidem magister prestitit juramenta consueta in facie Facultatis. Quantum ad secundum articulum continuatus fuit antiquus Receptor. Et quantum ad tertium supplicavit antiquus Decanus ut Facultas haberet eum supportatum et gratum in factis et actis per eum. Cuius supplicatio erat concessa.

10 November 1461

Anno Domini millesimo cccc<sup>mo</sup> lxi die decima mensis Novembris congregata fuit veneranda Facultas Arcium in novis scholis super duobus articulis. Primus erat ad eligendum assessores qui haberent consulere Decanum<sup>5</sup> in actis Facultatis. Secundus erat communis. Quantum ad primum electi erant assessores venerabiles viri et magistri

<sup>1</sup> Altered from *ordinarius*.

<sup>2</sup> ? Thomas Ramsay.

<sup>3</sup> *circa* written twice.

<sup>4</sup> *Dicanum* in text here and elsewhere in this hand.

<sup>5</sup> *Dicanum* in text.

Johannes Lok, Tomas Logy, Tomas Ramsay, Johannes Athilmer, Alexander Schevas et Alexander Scrymgeour. Quantum ad secundum supplicaverunt<sup>1</sup> nonnulli magistri qui<sup>2</sup> sunt magister Johannes Flemen et magister Walterus Straton quod admitterentur<sup>3</sup> ad lecturam et quod non solverent pecuniam<sup>4</sup> debitam Facultati pro lectura. Ipsis remotis lectum erat statutum in facie Facultatis de modo legendi et de solutione illius lecture. Et postea decreverunt magistri secundum formam statuti quod noluerunt dispensare cum statuto sed quod ipsi componerent cum Bursario, et si vellent legere eligerent ipsi libros et Facultas admitteret, non [aliter].

20 January 1461-62

fol. 52<sup>r</sup>

Anno supradicto congregata<sup>5</sup> fuit venerenda Facultas Arcium in novis scholis xx<sup>ma</sup> die Januarii super duobus articulis. Primus erat ad videndum si placeret Facultati mutare diem compoti<sup>6</sup> Receptoris. Secundus erat communis super supplicationibus et iniuriis. Quantum ad primum placuit Facultati quod Receptor daret computum suum proxima feria legibili ante electionem novi decani. Quantum ad secundum supplicavit<sup>7</sup> magister Johannes Dwthty ut Facultas dispensaret cum eo de juramento suo de forma legendi et ipse daret Facultati xx s. Cuius supplicatio fuit concessa. Eciam supplicaverunt nonnulli bachalarii quod Facultas dispensaret cum eis pro tertia responsione in vico et ipsi solverent Bursario more solito. Cuius supplicationes fuerunt concesse.

1461-1462

#### Nomina Determinancium anni supradicti

Dominus Georgius Schaw  
Robertus Blakater  
Johannes Caldar  
Walterus Fentown  
Thomas Walcar, pauper, debet cum  
venerit ad pinguiorem fortunam  
Willelmus Lyndesay  
Willelmus Dowglas

Gylbertus Makdowel  
Johannes Gardyn  
Willelmus Ramsay  
Andreas Wemis, assertus pauper etc.  
Alexander Alexandri  
Stephanus Krag, pauper etc.  
Alexander Gyffert

<sup>1</sup> *supplicuerunt* in text.

<sup>2</sup> *quod* in text.

<sup>3</sup> *amitterentur* in text.

<sup>4</sup> *pecuniam* in text.

<sup>5</sup> *coggregata* in text.

<sup>6</sup> *competus* in text.

<sup>7</sup> *supplicuit* in text.

4 March 1461-62

Anno quo supra congregata<sup>1</sup> fuit veneranda Facultas Arcium in novis scolis quarto die Marcii super duobus articulis. Primus erat ad videndum si magistri regentes haberent aliquos bachalarios presentandos Facultati promptos pro examine. Secundus erat communis. Quantum ad primum presentati fuerunt aliqui cum suis sedulis. Quo facto Facultas elegit quatuor temptatores viz. magistrum Willelmum Forbes, magistrum Johannem [? Lock], magistrum Johannem Athilmer juniorem et magistrum Johannem Abbernethy ad examinandum eos, qui juraverunt juramenta consueta in facie Facultatis.

1462

Sequuntur nomina Licenciendorum anni supradicti<sup>2</sup> fol. 52<sup>v</sup>

Thomas Murray	Georgius Abbernethy
Dominus Willelmus Blakater	Dominus Henricus Myllar, pauper
Alexander Stewart	Robertus Cotis, pauper
Malcolmus Rollok	Dominus David Fyvy, pauper
Dominus Gylbertus Myllar	

ACTA VENERABILIS VIRI MAGISTRI <ROBERTI><sup>3</sup> PANTRE fol. 53<sup>r</sup>  
DECANI FACULTATIS ARCIUM.

3 November 1462

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem tercia die Novembris anno Domini millesimo cccc<sup>mo</sup> lxii<sup>o</sup> pro electione Decani et Receptoris. In qua Congregacione electus erat in decanum magister Robertus Pantre et idem magister Robertus continuatus erat in officio receptoris, et eciam predicto Decano dabantur assessores<sup>4</sup> viz. magistri Thomas Logy Rector Universitatis, Johannes Athilmer senior et Johannes Lok, David Monypeny, Johannes Balfour, Johannes Athilmer junior.

<sup>1</sup> *congregata* in text.

<sup>2</sup> The page is blank except for this list.

<sup>3</sup> Added above the line.

<sup>4</sup> *assessores* written twice, and the first cancelled.

1462-1463

## Nomina Determinantium eodem anno

[Johannes] <sup>1</sup> Drummont, decanus de Dunblane, 7s. 6d.	Villelmus Hepbourn
Thomas Stewart, 7s. 6d.	Dominus David Boyis, 7s. 6d.
Jacobus Balfowr, 7s. 6d.	Dominus Georgius Lesle, 7s. 6d.
Thomas Rowcht	Robertus Barry, 7s. 6d.
Dominus Villelmus Ricardi	Alexander Stewart, 7s. 6d.
Robertus Stybyll	Alexander Butlar
	Johannes Root
Villelmus Auchlek, rector de Glenbervy, 7s. 6d.	Jacobus Thortown, <sup>2</sup> pauper
Thomas Carybberis, 7s. 6d.	[Thomas] <sup>3</sup> Henryson, pauper
David Bonar, 7s. 6d.	Jacobus Qwhynt, pauper
Johannes Lytstar, 7s. 6d.	Henricus Veyr, 7s. 6d.
Andreas Ramsay	Johannes Menzeis, 7s. 6d.
Jacobus Drymmy	Thomas Gyffart, 7s.
	Alexander Wemys
Andreas Stewart, decanus Murravie, 7s. 6d.	Johannes Gybson
	Jacobus Dwn

28 February 1462-63

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem ultimo die mensis Februarii anno quo supra. Electi erant in temptatores magister Johannes Lok, magister Johannes Abernethi regentes, magister Jacobus Ogylby et magister Johannes Heburn junior non regentes, et dispensatum fuit cum magistro Willelmo Schyves quod ipse poterat uti vestibis suis ad suum beneplacitum.

18 April 1463

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem xviii die mensis Aprilis anno quo supra. Erant electi magister Johannes Monipenny et magister Johannes Lyston provisosores festi Facultatis, et dispensatum fuit cum magistro Willelmo Blakater penes eius lecturam pro uno anno dummodo ipse daret Facultati xx s., quia asseruit se legisse per unum annum.

25 May 1463

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis Arcium vicesimo quinto die mensis Maii. Electi erant in

<sup>1</sup> Name supplied from *R.M.S.*, ii, No. 2230.

<sup>2</sup> *Thortown Jacobus* in text.

<sup>3</sup> Blank in text; but see below, p. 157.

examinatores pro baculariis in cameris magister [Johannes] Lok, magister Johannes Abernethy regentes, magister Johannes Athilmer junior et magister Alexander Wemis.

7 June 1463

Congregacione tenta in novis scolis Arcium septimo die fol. 53<sup>v</sup> Junii. Dati erant certi deputati viz. magister Johannes Lok tunc Rector Universitatis, magister Johannes Athilmer magister in theologia, M. Thomas Ramsay, M. Thomas Logy, M. Johannes Balfour, M. Alexander Scheves, M. David Monypenny ad avisandum<sup>1</sup> aliqua que concernunt Facultatem et precipue Facultatis festum.

1463

Licenciati anni supradicti

Willelmus Lendesaye	Thomas Walcar, pauper
Gylbertus Makdwel	Malcolmus Drummunt, pauper
Alexander Gyffart	Dominus Jacobus Menteth, pauper
Johannes Calder	Dominus Alexander Alexandri
Dominus Georgius Schaw	Dominus Johannes Burnet, pauper
Jacobus Stewart	Johannes Gayrdyn
Walterus Fenton	Johannes Thorntun
Wilelmus Dwglas	Dominus Johannes } pauperes
Dominus Andreas Caragyngorth	Bonkyl
Andreas Vemys, pauper	

ACTA VENERABILIS VIRI MAGISTRI DAVID MONYPENNY fol. 54<sup>r</sup>  
CANONICI MORAVIENSIS DECANI FACULTATIS ARCIUM ANNI  
ETC. LXIII.

3 November 1463

Congregacione generali Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem tercio die mensis Novembris anni etc. lxiii. Quo die magister David Monypenny electus fuit in decanum et magister Robertus Panter continuatus in receptorem dicte Facultatis. Dabantur eciam assessores Decano a Facultate videlicet<sup>2</sup> magistri Johannes Lok tunc Rector, Ricardus Guthre, Thomas Logy, Johannes Almer junior, Robertus Panter, et in absentiiis eorum Decano potestatem

<sup>1</sup> Originally *reformandum*.

<sup>2</sup> *videliset* in text.

ad elegendum alios sibi placentes. Quo die eciam venerabilis magister noster magister Ricardus Guthre in dicta Congregatione fecit exortationem quod singuli magistri Facultatis presiderent in disputacionibus fiendis singulis ebdomadis per totum annum, ad quod avisandum de modo et forma Facultas dedit deputatos magistros Johannem Lok Rectorem, Johannem Almer seniore, Thomam Logy, rectorem de Lastakyk, vicarium<sup>1</sup> de Kylconquhar, et Bursarium, non ad concludendum set ad referendum Facultati etc.

1463-1464

Nomina Determinancium anni suprascripti

Willelmus Lenox  
Robertus Ker  
Patricius Napar  
Laurencius Piot  
Alexander Cosour  
Willelmus Falsyd

Alexander Arbuthnot  
Willelmus Halkyrstoune  
Dominus Georgius Feythe  
Johannes Buttergask  
Willelmus Patounson  
Johannes Dwlady } pauperes

8 February 1463-64

Congregacione Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem octavo die Februarii. Quo die ex suplicatione magistri Johannis Dolas dispensatum fuit per Facultatem cum bacalariis pro tercia responsione dummodo quilibet<sup>2</sup> solveret quinque solidos ad fabricam novi domus, et propter raritatem magistrorum Facultas non finivit suplicationem magistri Ricardi factam in electionem Decani set deferebat usque ad proximam Congregationem ex avisamento deputatorum.

9 April 1464

Congregacione tenta in novis scolis Arcium ix<sup>mo</sup> die Aprilis anno<sup>3</sup> quo supra. Facultas elegit magistros Johannem Lok tunc Rectorem et regentem, Johannem Abbernethy eciam regentem, Jacobum Ogilbi et Thomam Broun non regentes, temptatores ad examinandum bacalarios ante licenciam, et de suplicatione magistri Ricardi

<sup>1</sup> *vecarium* in text.

<sup>2</sup> *quelibet* in text.

<sup>3</sup> *anni* in text.

Guthre prius facta nichill deposuerunt magistri in dicta Congregatione. Item post istam Congregationem magister Thomas fuit suspensus ab omni honore Facultatis pro uno anno propter offensam factam magistro Johanni Almer<sup>1</sup> Preposito Colegii et loco suo<sup>2</sup> electus in temptatorem magister Colynus Kenydy tunc Abbas de Corsregwall<sup>3</sup> Glasguensis diocesis.

12 May 1464

Congregatione Facultatis Arcium tenta ubi supra xii<sup>mo</sup> die mensis Maii. Exposuit Decanus quo modo<sup>4</sup> dominus noster supremus Rex Scocie Jacobus tercius suplicavit Decano quod ipse dispensaret cum bacalariis existentibus in cameris in crastinum post Festum Corporis Cristi,<sup>5</sup> qui intimavit<sup>6</sup> Facultati, quo facto Facultas dispensavit cum predictis quod licenciarentur in vigilia Sancti Trinitatis,<sup>7</sup> et post hoc protestabatur Thomas Caribberis quod promotio magistri Laurencii Pyot ad gradum magisterii non cederet sibi in preiudicium futuris temporibus quo ad locum sibi datum in licencia per temptatores, cum ipse Thomas Caribberis locum habuit in vocacionibus ante dictum Laurencium, ad quam protestationem dictus Laurencius conces[s]it.<sup>8</sup> Quo die magister Willelmus Ricardi<sup>9</sup> suplicavit quod Decanus et Facultas admitterent ipsum ad regimen scole gramaticalis pro toto tempore vite sue, cum sibi concessum fuerat dictum regimen per dictum tempus ab archidiacono Sanctiandree magistro Waltero Stewart ad instanciam potentis domini David comitis

<sup>1</sup> End of word cut off in binding.

<sup>2</sup> *sui* in text.

<sup>3</sup> Crossraguel.

<sup>4</sup> *comodo* in text.

<sup>5</sup> i.e. 1 June. The Feast of Corpus Christi fell this year on 31 May. The King was probably at, or near, St. Andrews at this time. According to the Register of the Great Seal he was in Edinburgh on 29 April and Dundee on 7 July (*R.M.S.*, ii, 794-796).

<sup>6</sup> *intiauit* in text.

<sup>7</sup> Trinity Sunday was 27 May.

<sup>8</sup> Thomas Caribberis appears second on the list of licentiates and Laurence Pyot fourth. (See list below.)

<sup>9</sup> Not the licentiate of this year, but William Richardson, senior.

Crawfurdie. Que supplicacio a tota Facultate nemine<sup>1</sup> contradicente a maiore usque ad minus concessa fuit et per Decanum conclusa.

1464

## Nomina Licenciatorum anni prescripti

W. Athlelk  
T. Caribberis  
A. Ramesay  
L. Pyot

J. Lytstar  
D. Bonar  
W. Rycardy } pauperes  
V. Ramesay }

18 September 1464

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem xviii Septembris pro electione Quodlibetarii.<sup>2</sup> Quo die per Facultatem electus fuit magister Georgius Hunter qui in dicta Congregatione dictum onus in se acceptavit ad perficiendum more solito juxta posse suum etc.

fol. 55r

ACTA VENERABILIS VIRI MAGISTRI WILLELMI FORBES ABERDONENSIS ET MORAVIENSIS CANONICI<sup>3</sup> DECANI FACULTATIS ARCIUM ETC.

3 November 1464

Congregacione generali Facultatis Arcium tenta in nova scola eiusdem tercio die mensis Novembris anno etc. lxiiii<sup>mo</sup> pro electione novi Decani. Quo die electus erat magister Willelmus Forbes in decanum et magister Robertus Pantre continuatus est in receptorem dicte Facultatis, et de inde electi fuerunt assessores Decano scilicet magister Johannes Lok qui pro tunc erat Rector, Abbas de Corsreguell, magister Johannes Athilmer Prepositus Collegii Sancti Salvatoris, magister Jacobus Ogylby, et in absentiiis eorum dederunt potestatem Decano ad eligendum alios sibi placentes. Quantum ad secundum articulum nullus supplicavit.

<sup>1</sup> *nemoni* in text.

<sup>2</sup> *Quodlibetarii* in text.

<sup>3</sup> *canonicus* in text.

1464-1465

Nomina Determinantium anni etc. lxxiii<sup>4</sup>

In primis Willelmus Clapham, solvit	Johannes Lermonth, solvit	
Jacobus Scot, solvit	Thomas Grynlaw	} pauperes
Willelmus Thome	Johannes Bronscho	
Maliseus Logy, pauper		
Henricus Wilkeson	Johannes Grahame, solvit	
Johannes Coull	Jacobus Schoriswode, solvit	
	Patricius Atkynson, solvit	
Johannes Olyphant, solvit	Johannes Bekynton, pro eo Rector	
Gilbertus Seton, solvit	Dominus Henricus Hardy	} pauperes
	Johannes Thomson	
David Seton, solvit		
Georgius Strayachan, solvit	Patricius Grahame, solvit	
Jacobus Fenton	Andreas Lesly, solvit	} pauperes de
Symon Lochmalony	Thomas Ogylby, solvit	
	Collegio	
Thomas Borthwyk, solvit	Jacobus Androsone, solvit	
Georgius Kilpatrick, solvit	Robertus Reyde	} pauperes
Gawinus <sup>1</sup> Wache	Dominus Michael Angus	

11 February 1464-65

Congregacione tenta in novis scolis Arcium undecimo die fol. 55<sup>v</sup> mensis Februarii ad supplicationem magistri Alexandri Turnour et magistri Johannis Dolace pro tercio responsione bachallariorum, ubi Facultas gracie dispensavit cum eis ita quod quilibet eorum solveret quinque solidos. Quantum ad secundum articulum nullus supplicavit.

4 March 1464-65

Congregacione tenta in novis scolis Arcium quarto die Marcii. Que Congregacio erat de forma ad eligendum temptatores pro bachallariis temptandis, ubi Facultas elegit quatuor, duos regentes viz. magistrum Johannem Lok et magistrum Johannem Abernethy, non regentes magistrum Alexandrum Scrumgeour et magistrum Georgium Huntar, et in eadem Congregacione supplicatum fuit per illustrem virum dominum Andream Stewart<sup>2</sup> decanum Moraviensem ex parte Alexandri Stewart consanguinei sui ut Facultas gracie dispensaret secum de duobus responsionibus, et

<sup>1</sup> Altered from *Johannes*.

<sup>2</sup> Uncle of James III and afterwards Bishop of Moray (Dowden, *Bishops*, 168-4).

quia Facultas se reddit indispensabilem propterea prolongavit tempus a decem dies [*sic*] ut ipse responderet pro secunda vice, et pro tertia vice dispensavit secum ita quod solveret quinque solidos. In eadem Congregatione magister Willelmus Forbes protunc Decanus et Rector et quia non poterat licite exercere illa duo officia ad honorem Facultatis Arcium propterea dimisit decanatum et posuit in deliberatione Facultatis ut eligeret unum alium loco suo,<sup>1</sup> ubi electus fuit magister Jacobus Ogylby in decanum.

[JAMES OGILVIE, *Dean*]<sup>2</sup>

3 April 1465

Tercio Aprilis anno quo supra convocata Congregatione electi sunt magistri duo, Johannes videlicet Athilmer junior et Alexander Wemys, qui colligant pecunias et sumptus Festi Sancti Johannis<sup>3</sup> Ewangeliste. Supplicatumque erat ut Facultas dispensaret super disputationibus que restabant cuiusdam determinantis Lesle cognominati.<sup>4</sup> Facultas audita rationabili causa dispensavit hac lege ut cum ex patria redierit non peractas disputationes perageret<sup>5</sup> ac per hoc nomen bacularii mereretur.

24 July 1465

Convocata Congregatione anno Domini m cccc<sup>o</sup> sexagesimo quinto xx<sup>o</sup> iiii Julii. Admissus et receptus fuit gracie magister Georgius Bron ad gremium et consilium Facultatis Arcium qui tamen Parisius gradum magisterii susceperat. Recepti insuper erant alii tres hic promoti magistri videlicet Henricus Kyrkaldy, David Johannis, Henricus Weer. In qua eciam dispensatum erat cum magistro Johanne Menzheis quod uteretur veste laycali <extra Universitatem><sup>6</sup> eo quod adivit hereditatem paternam.

<sup>1</sup> *sui* in text.

<sup>2</sup> The *Acta* of James Ogilvie are in the hand of David Monypenny.

<sup>3</sup> *Johanni* in text.

<sup>4</sup> Andrew Lesley. See above, p. 155.

<sup>5</sup> Altered from *perimpleret*.

<sup>6</sup> Added in the margin.

1465

## Nomina Licenciatorum eiusdem anni

fol. 56<sup>r</sup>

Robertus Ker	Willelmus Fawsyd
Patricius Naper	Alexander Cosour
Willelmus Heburn	Alexander Butlar
Johannes Mengheis	Henricus Weer
Alexander Stuewart	Johannes Gybson
Jacobus Balfour	Thomas Henrison
Robertus Barry	

5 October 1465

Quinto Octobris anno eodem convocata Congregacione pro electione Quodlibetarii, electus est magister Willelmus Ricardi. Recepti erant ad gremium Facultatis magistri Robertus Barry et Alexander Butlar. Presentati <sunt><sup>1</sup> et jurati erant determinaturi illius anni. Regentes pro novo ordinario libros quos lecturi erant [sic] elegerunt.

[JAMES OGILVIE, *Dean*]

3 November 1465

Eodem anno convocata Congregacione 3<sup>o</sup> Novembris pro electione novi Decani continuatus erat antiquus,<sup>2</sup> quo recusante convocata rursus alia erat in qua acceptavit. Cui dabantur assessores, et quia magistri Georgius Broun et Henricus Kyrkaldy quamvis recepti erant ad consilium Facultatis non tamen locati in eadem, igitur dabantur deputati ad avisandum cum Decano in quem locum prefati magistri in Facultate se reciperent, ac Facultati referendum.

1465-1466

## Nomina Determinantium eiusdem anni

Alexander Afflec	Thomas Smalem
Willelmus Meldrum	David Makanille
Willelmus Dowglas	Gylbertus Kenady
Egidius Boys	Johannes Dury
Johannes Strachyn	Donaldus Ross
Andreas Crab	Dominus Robertus Lenoss
Johannes Maxsuel	Dominus Thomas
Willelmus Murray	Ramsay
Dominus Nicholaus Maxsuel	Willelmus Bryok
Jacobus Mowbray	

} pauperes

} pauperes

<sup>1</sup> Added above the line.<sup>2</sup> *antiquus* in text.

2 March 1465-66

fol. 56<sup>v</sup> Convocata Congregatione <2<sup>o</sup> Marcii><sup>1</sup> pro electione temptatorum pro licencia in artibus. Receptus erat ad gremium Facultatis venerabilis et nobilis vir magister Jacobus Kenady rector de Kynkel, non secundum etatem locatus sed inter nobiles permissus. Ubi presentati prius erant temptandi verum tamen tanta erat discrepantia vocancium quod Decanus concludere nescivit et ita cum disturbio et sine conclusione ex Congregacione recessum est.

15 April 1466

Convocata Congregatione xv Aprilis, electi<sup>2</sup> sunt provisoires convivii Sancti Johannis magister Jacobus Kenady et quem duorum voluit adiutorem magistri videlicet Donaldi Herys aut alterius cuiusdam sui capellani.<sup>3</sup>

22 April 1466

Vicesimo secundo Aprilis anno Domini etc. sexagesimo sexto convocata Congregatione, electi temptatores<sup>4</sup> pro licencia in artibus magister Johannes Lok tunc temporis Rector Universitatis, magister Johannes Athilmer Prepositus Collegii Sancti Salvatoris, magister Johannes Dolas, magister Andreas Ramsay.

1466

## Licenciati eiusdem anni

Joannes Graym  
Thomas Borthyk  
Andreas Lessle  
Patricius Graym  
Thomas Grynlaw  
Dominus Jacobus<sup>5</sup> Qwchyt  
Patricius Atkynson  
Georgius de Kylpatrik

Jacobus Fentown  
Jacobus Androwson  
Dominus Michael Angusie, pauper  
Jacobus Schoriswod  
Dominus Henricus Wilkyson, pauper  
Dominus Georgius Fethy  
Dominus Henricus Hardy, pauper

<sup>1</sup> Added above the line. But this was a Sunday.

<sup>2</sup> *electi* written twice and not scored out.

<sup>3</sup> i.e. Provisors are to be James Kenady and another whom he may choose, whether M. Donald Herys, or a certain chaplain of his own.

<sup>4</sup> The words *electi sunt temptatores* are written again after *in artibus* and deleted.

<sup>5</sup> changed from *Willelmus*.

6 October 1466

Sexto <Octobris><sup>1</sup> anno quo supra convocata Congregatione, Quodlibetarius electus est venerabilis vir sacre theologie bachalarius sententiarius videlicet magister Alexander Turnowr. Presentatique sunt qui illo anno determinare statuerunt, solitis suis datis juramentis.

ACTA MAGISTRI DAVID MONYPENY DECANI FACULTATIS fol. 57<sup>r</sup>  
 ARCIUM ET CANONICI MORAVIENSIS ANNI LXVI.

3 November 1466

Convocata Congregatione pro electione novi Decani 3<sup>o</sup> Novembris <anni eiusdem><sup>2</sup> electus est venerabilis vir magister David Monypeny. Continuatus est Bursarius magister Robertus Pantry. Qui assistant Decano et audiant comptum Bursarii electi sunt magistri Johannes Lok, Jacobus Ogylby, Alexander Cives, Robertus <Pantry><sup>3</sup> et Johannes Athilmer.

1466-1467

Nomina Determinantium anni lxvi<sup>ti</sup>

Walterus Stewart	Willelmus Bossuell	
Thomas Eklis	Willelmus Buyow	
Georgius Butergak	Recardus Lyn	
Jacobus Douglace	Willelmus Wod, pauper	} pauperes
Willelmus Gyffert	Johannes Yhong, pauper	
Archebaldus Lyndesay	Johannes Macharne, pauper	
Andreas Scot	Petrus Scot	
Georgius Bruys	Thomas Slogan [ <i>sic</i> ], pauper	} pauperes
Willelmus Carnys	Willelmus Stevynson, pauper	
Johannes Irland	Thomas Brown, pauper	
Dominus Willelmus Smaa	Johannes Luderdal, pauper	} pauperes
Alexander Montcreyf	Dominus Willelmus Lamy, pauper	
Willelmus Hay		
Johannes Fresell		
Johannes Lytstar		
Johannes Thomson		
Johannes Dundas		
Alexander Suthirland		

<sup>1</sup> Added above the line; altered from *Aprilis*. The word *anno* is repeated after *supra*, and scored out. There is also a deletion after *venerabilis vir*.

<sup>2</sup> Added above the line.

<sup>3</sup> Added above the line.

18 January 1466-67

fol. 57<sup>v</sup>

Congregacione tenta in novis scolis arcium xviii Januarii. Electi erant magistri Johannes Lok tunc Rector Universitatis, Johannes Abbernethi, Johannes Dolace et Georgius Hunter temptatores pro examinacione bacalariorum ante licenciam.<sup>1</sup> Quo die ex supplicacione magistri Willelmi Recharson<sup>2</sup> pro expersione scole gramaticalis infra monasterium [deliberatum erat] quod Decanus supplicaret domino Priori ex parte Facultatis ad remittendum dictos scolares et magistrum eorundem ad scolam prefati magistri Willelmi.<sup>3</sup> Quo die eciam Facultas dedit deputatos juxta arbitrium<sup>4</sup> Decani ad avisandum de singulis in Facultate reformandis.

1467

## Nomina Licenciatorum eiusdem anni

Gilbertus Kynydy  
Johannes Olyphant  
Johannes Makswalle  
Alexander<sup>5</sup> Athillek  
Willelmus Dowglace  
Willelmus Meldrum  
Gawinus Wache  
D[onaldus] Ross  
Johannes Dury

Jacobus Scot, presbyter  
Jacobus Mowbray  
Malaseus Logy, presbyter, pauper  
Jacobus Thorntown, pauper  
Johannes Dullader, presbyter, pauper  
Johannes Bryok,<sup>6</sup> pauper  
Thomas Huggwne, presbyter, pauper  
Johannes Buttergask, pauper

3 October 1467

fol. 58<sup>r</sup>

Congregacione generali Facultatis tenta in novis scolis eiusdem tercio Octobris. Electus fuit Quodlibetarius<sup>7</sup> a Facultate magister Alexander Wemys, post cuius electionem magistri nostri Johannes Almer, Johannes Lok tunc Rector Universitatis, et Ricardus Guthri elegerunt in facie Facultatis ad legendum et pro lecturis nominarunt metaphisicam, phisicam et alios || libros. Magistri eciam Johannes Dolece, Alexander Wemis, Georgius Huntar et Andreas Ramsay elegerunt lecturas suas, quidam in logica et quidam

<sup>1</sup> The statutory date for electing *temptatores* was the first Monday in Lent.

<sup>2</sup> See view of R. K. Hannay (*Statutes*, 34-35). But there may have been a schism.

<sup>3</sup> Altered from *Johannes*.

<sup>4</sup> *arbetrium* in text.

<sup>5</sup> Altered from *Broyce*.

<sup>7</sup> This word has been cancelled and rewritten as *Cothlibitarius*.

in phisica. Quibus sic peractis dicti regentes presentarunt Decano et Facultati scolares determinaturos, a quibus Decanus recepit juramenta consueta et requisita. Insuper dominus Decanus exposuit Facultati gravem querelam de magistro Willelmo Recardy et de quodam alio magistro Kyrcaaldy pro cognomine vocato<sup>1</sup> sibi verba iniuriosa et contumelias<sup>2</sup> inferendo ac ipsum publice per litteras Episcopi Brechinensis<sup>3</sup> in ecclesia cathedrali et in ecclesia parochiali citando, super quibus Facultas deputatos ad avisandum de re<sup>4</sup> dictorum deputavit et dedit. Conclisit insuper Decanus ex deliberacione Facultatis unum publicum [instrumentum] in novis scholis et non alibi.

CONTINUACIO MAGISTRI DAVID MONYPENY IN DECANUM.<sup>5</sup>

3 November 1467

Convocata Congregacione generali Facultatis Arcium in novis scholis eiusdem tercio die Novembris. Electus et continuatus erat magister David Monypeny canonicus Moraviensis Decanus et magister Robertus Pantri continuatus in bursarium dicte Facultatis, et insuper Facultas dedit Decano assessores in alio anno sibi electos.

1467-1468

Nomina Determinancium anni lxxvii

In primis Thomas Cranstown	} divites	Robertus Ketht	} divites
Georgius Mentetht		Jacobus Ramsay	
Patricius Makcowlo	} pauperes	Robertus Chawmer	} pauperes
Andreas Makclotan		Dominus Andreas Forest	
Andreas Luderdal		Robertus Dallowqwhy <sup>7</sup>	
[Thomas] <sup>6</sup> Makclarow-qwhy		Willelmus Townrbul	} pauperes
		Johannes Caveris	
		Hugo Spens	
		Georgius Strewyllyng	

<sup>1</sup> Probably Henry Kirkcaaldy.

<sup>2</sup> *contumelie* in text.

<sup>3</sup> John Balfour, Bishop of Brechin, was Conservator of the Privileges of the University *ex officio*.

<sup>4</sup> *ad avisandum de re*; these words come at the end of the line and some word throwing light on *dictorum*, e.g. *magistorum*, may have been omitted. The following sentence has also a cramped appearance as if added later.

<sup>5</sup> This heading continues in a line with the preceding sentence, and was probably written before the concluding words of the last paragraph were added.

<sup>6</sup> Supplied from list of licentiates.

<sup>7</sup> *Andreas Dallaquhe* on p. 176.

fol. 58<sup>v</sup>

Patricius Pettit <sup>1</sup>	Walterus Drowmownd	} divites
Johannes Makyson	Jacobus Dowglas	
Johannes Wowd	Willelmus Wache	
Johannes Stewart	Alexander Cornwell	
Willelmus Olyfant	D[ominus] Johannes	
Johannes Valentyng	Myllar	
Andreas Butercask	Patricius <sup>3</sup> Symson, pauper	
Thomas <sup>2</sup> Talgefer		
D [ ] Donaldus		} pauperes

9 December 1467

Congregacione generali Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem nono die Decembris anni suprascripti. In qua Decanus ex instigatione<sup>4</sup> et consilio quorundam magistrorum dicte Facultatis proposuit quod dicta Facultas erat lesa ex rumore amicorum scolarium dicte Facultatis pro et ex eo quod in promocionibus dictorum ad suos gradus in eadem graves et enormes expensas fecerunt, ex cuius occasione predictorum amici suos filios et consanguineos ad eandem Facultatem dirigere postponunt in grave dispendium eiusdem et dampnum non modicum scolarium predictorum. Insuper dictus Decanus proposuit quod prefata Facultas et bursa eiusdem, verum eciam et bursa tocuis Universitatis, ex ineffrenata multitudine scolarium promotorum in dicta Facultate asserencium se pauperes cum tamen laute <et><sup>5</sup> petulanter ad eorum festa contribuerunt et in vestibus ac aliis suis sociis divitibus non [sunt] minores, et quod dicti scolares ex eorum lascivia<sup>6</sup> contra antiquam consuetudinem dicte Facultatis importare faciunt multitudinem sirotecarum<sup>7</sup> minime valentium et in distribucione earundem faciunt doctores et magistros gressiferis<sup>8</sup> et aliis supervenientibus pares, ex quibus Facultas leditur et magistri eiusdem perimpediuntur,<sup>9</sup> unde mater nostra Facultas volens super premissis defectibus oportet

<sup>1</sup> The list forms a single column. The names from *Caveris* to *Wowd* are bracketed together as *pauperes*.

<sup>2</sup> Altered from *Robertus*.

<sup>3</sup> Altered from *Johannes*.

<sup>4</sup> *instugacione* in text.

<sup>5</sup> Interpolated above the line. The sentence is defective.

<sup>6</sup> *lasivia* in text.

<sup>7</sup> i.e. *chirothecarum*, gloves.

<sup>8</sup> Servants (*garcifer*, *gressifer*, a boy, a servant). In the distribution of the gloves of poor quality the scholars make the doctors and masters like servants and other sundry.

<sup>9</sup> *perinpeduntur* in text.

tunum remedium adhibere infrascriptos magistros ad reformandum huiusmodi defectus et ad concludendum super eisdem dedit et nominavit, videlicet Johannem Lok Rectorem Universitatis Sanctiandree, Thomam Ramsay canonicum Dunkeldensem, Jacobum Ogilvy, Alexandrum Scheves, Johannem Almer vicarium<sup>1</sup> de Menmur, Robertum Panter, Johannem Cristison vecarium de Clesche, Alexandrum Pennicuk, Johannem Dolace et Georgium Hunter, qui concorditer et uniformiter decreverunt ordinarunt et concluderunt forma subsequenti, videlicet quod nullus<sup>2</sup> de cetero promovendus ad gradum bacalariatus in artibus || in suo festo exponat ultra quadraginta solidos monete tunc currentis, et in promocione sua ad magisterium quatuor libras consimilis monete, nisi ille promovendus ad huiusmodi gradum<sup>3</sup> sit illustris vel egregie beneficiatus qui vult<sup>4</sup> solus et per se magnificenciam suam ad honorem sui et Facultatis ostendere, et quod hoc fiet de licencia Facultatis petita et obtenta. Item quod deinceps nulli reputabuntur pauperes ad bursas Universitatis et Facultatis nisi illi quorum paupertas sit manifesta et notoria<sup>5</sup> vel quorum regentes eorundem [*sic*] faciant fiduciam Rectori et Decano Facultatis de paupertate predictorum. Item predicti magistri deputati nomine Facultatis decreverunt et ordinarunt quod de cetero in actibus dicte Facultatis sirotece distribuende magistris doctoribus et licenciatis necnon preposito balivis<sup>6</sup> et civibus onestis invitatis sint de bona materia et ornate serico circa pollices, et quod hoc videat<sup>7</sup> eorum presedens aliter non presumat cum eis ad cathedram ascendere.<sup>8</sup>

18 January 1467-68

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem xviii Januarii. Electi erant temptatores pro temptamine bacaliorum ante licenciam magistri Johannes Lok tunc Rector Universitatis, Johannes Dolace, Malcolmus

<sup>1</sup> *vecarium* in text.

<sup>2</sup> *gradus* in text.

<sup>3</sup> *manifeste et notorie* in text.

<sup>4</sup> *balivis* in text.

<sup>5</sup> *assendere* in text. See *Statutes*, 37-38.

<sup>6</sup> *nulus* in text.

<sup>7</sup> *vult* in text.

<sup>8</sup> *vidiat* in text.

Rollok et Alexander de Athlek, qui jurarunt in facie Facultatis fideliter exercere<sup>1</sup> dictum officium.

3 October 1468

Congregacione generali Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem tercio Octobris. Electus erat per Facultatem Quodlibetarius<sup>2</sup> magister Johannes Dolace. Quo die magistri Johannes Lok, Jacobus Ogilbi, Andreas Ramsay, Johannes Dolace et ceteri regentes in dicta Congregacione nominarunt libros per eosdem lecturos post ordinarium tunc inceptum pro forma.

1467-1468

Nomina Licenciatorum anni<sup>3</sup> etc. lxxviii

Dominus Andreas Stewart, decanus Moraviensis	Thomas Elklis	
Jacobus Dowglace, canonicus de Dalketh	Robertus Reyd	
Walterus Stewart	Willelmus Hay	fol. 59 <sup>v</sup>
David [Seton ?]	Dominus Alexander Brown	
Jacobus Dundace	Dominus Thomas Ramsay	
Dominus Thomas Pottar, de bursa ad voluntatem Facultatis	Dominus Johannes Rollok	
Johannes Leyrmonth	Georgius Buttirgask	
Willelmus Gyffert	Dominus Robertus Lenax	
Egidius Boys	Symon Lochmalony, pauper	
Georgius Broyce	Johannes Zong	} pauperes
Dominus Andreas Scot	Thomas Brown	
	Johannes Luderdaill	
	Andreas Crab	

fol. 60<sup>r</sup>

ACTA MAGISTRI ALEXANDRI PENNYCUK DECANI FACULTATIS ARCIUM ET VICARII DE KINCONQUHAR ANNI ETC. SEXAGESIMI<sup>4</sup> OCTAVI.

3 November 1468

Congregacione<sup>5</sup> generali Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem 3<sup>o</sup> die mensis Novembris anno Domini etc. sexagesimo octavo pro electione novi Decani. Quo die electus erat magister Alexander de Pennycuk vicarii de Kynconquhar in decanum et magister Robertus Pantre

<sup>1</sup> *exercere* in text.

<sup>2</sup> *Quodlibetarius* in text.

<sup>3</sup> *anni* written twice. The names are in a single column, with *Willelmus Hay* beginning fol. 59<sup>v</sup>.

<sup>4</sup> *sexagesimi* twice written, and the first (before *etc.*) scoretout.

<sup>5</sup> Most of this minute was entered on the foregoing page in the hand of Dean David Monypenny beneath the list of licentiates, was then cancelled and signed, with the note *In uno actu* in the hand of the new scribe.

continuatus erat in receptorem dicte Facultatis, et electi fuerunt assessores Decano magistri Johannes Lok qui pro tunc erat Rector, magister Rycardus Guthri, magister Thomas Logi, magister David Monypenny, magister Jacobus Ogilby, magister Alexander Sevese, magister Robertus Pantri, magister Johannes Dolass. In absenciis eorum dedit ei Facultas potestatem ad convocandum alios magistros. In qua eciam Congregatione supplicavit magister Johannes Dolass dicti anni Quodlibetarius ut singuli magistri vellent Facultatem et eum honorare in eorum determinacionibus et presentiis tempore quodlibetorum.

12 December 1468

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem xii die mensis Decembris anni ut supra. Quo die magister Willelmus Liel<sup>1</sup> rector de Torin supplicavit Decano et Facultati ut reciperetur ad gremium Facultatis, cuius supplicatio erat admissa. Demum supplicatum erat per eundem magistrum Wilelmum quod magister Michael Levinston vicarius de Vemyss et dominus<sup>2</sup> Wilelmus Heriss quamvis beneficiati et potentes poterant accedere ad gradum magisterii in uno actu cum domino Andrea Stewart decano Moraviensi,<sup>3</sup> cui supplicacioni Facultas annuit quo usque<sup>4</sup> Facultati unusquisque solverit xx solidos.

21 February 1468-69

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem xxi die mensis Februarii pro electione temptatorum et receptione intrancium. In qua electi erant in temptatores magister Johannes Lok tunc Rector, magister Gylbertus Kennydi, magister Andreas Ramsay et magister Gavynus Wach, qui juraverunt fideliter exercere hoc officium. Demum conclusione data surrexerunt quidam magistri scilicet magister Thomas Logi et magister Johannes

<sup>1</sup> Altered from *Andreas Lyel*. Torrens is now in the parish of East Kilbride, Lanarkshire.

<sup>2</sup> Altered from *magister*. William Heriss was a licenciate of 1460.

<sup>3</sup> *Moriviaensi* in text. Signs of the sand used for blotting can be seen on examination of this word.

<sup>4</sup> Originally written *quosque* and scored out.

Lyston, dicentes quod idem magister Johannes Lyston habuit plures voces quam magister Gavinus Wach. In qua etiam Congregacione asseruit magister Donaldus Ross in principio Congregacionis ante quamcumque deliberacionem magistrum Johannem Armorar esse excommunicatum et ideo nullam habere vocem nec debuit interesse Congregationi.

8 *March* 1468-69

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem viii die Marcii anni etc. In qua Congregacione proposuit Decanus per modum consuetudinis ad eligendum seniscallum ad providendum magistris in festo Johannis Ewangeliste. In qua etiam Congregacione electi erant in seniscallos illustris et nobilis vir Andreas Stewart decanus Moraviensis<sup>1</sup> et magister Thomas Pottar. In qua Congregacione exposuit dominus Decanus per modum gravis querele quod magister Johannes Lyston intimavit domino Episcopo Sanctiandree<sup>2</sup> et eius complices asseruerunt quod dictus Decanus conclusit contra pluralitatem vocum. In qua Congregacione petiit dictus Decanus unum deputari loco ipsius ad videndum si ita fuerat ut asserebatur ab eiis, quo audito unanimiter consenserunt et deputarunt magistrum Waltherum Stewart archidiaconum Sanctiandree. In qua Congregacione magister Gavinus Wach asseruit magistrum Johannem Armorar esse excommunicatum et ideo dixit eum nullam habere vocem, ostendendo jura hincinde pro suo dicto, et quod fuit excommunicatus ostendit per quinque vel sex litteras excommunicationis Officialis et Rectoris et executoriales earundem. E qua Congregacione recesserunt magistri Thomas Logy, Jacobus Ogilby, Johannes Lyston, Willelmus Ricardi, Henricus Kyrkaudy, Johannes Dowlady, Andreas Ramsa, Johannes Buttergask, Jacobus Scot, Henricus Were, Jacobus Quhit, Johannes Lochmolony et alii alii magistri.<sup>3</sup> Quibus magistris prenomatis iniunxit

<sup>1</sup> *Moriaviensis* in text.

<sup>2</sup> Patrick Graham, Bishop of Brechin, was translated to St. Andrews in November, 1465 (Dowden, *Bishops*, 83).

<sup>3</sup> This secession marks the growing quarrel between St. Salvator's College and the Faculty. See below, pp. 168 ff.

Decanus et eius deputatus ut redirent ad Congregationem sub pena periurii et aliis penis in statutis<sup>1</sup> contentis per Bedellum diversis notariis presentibus et instrumentis captis super eorum inobedientia.

In qua eciam Congregatione omnes magistri inexistentes fol. 60<sup>r</sup> predictam conclusionem a predicto Decano Facultatis Arcium datam ratificarunt et approbarunt et eum secundum pluralitatem vocum fecisse declararunt.

1468-1469

Nomina Determinantium anni lxxviii<sup>2</sup>

R[obertus] Jonson	V[ ] Andree	} pauperes
Florentius Jonson	J[acobus] Chylde	
T[homas] Kentor	Alexander Forbes <sup>4</sup>	} pauperes
R[icardus] Lawson	[An]dr[eas] Kyngorn	
R[obertus] Speddy <sup>3</sup>	Villelmus Angusie	} pauperes
T[homas] Erskyn	Valterus Forbes	
Jacobus Synclar	Alanus Murray	} pauperes
D[avid] Dowglace	T[homas] Wylkynson	
Villelmus Sandylandis	D[avid] Gardyn	} pauperes
A[ ] Scot	Jo[hannes] Castarris	
	Ja[cobus] Patricii	

1469

Nomina Licenciatorum anno Domini m<sup>mo</sup> cccc<sup>o</sup> sexagesimo nono etc.<sup>5</sup>

R[obertus] Keth	A[lexander] Moncref
A[rchebaldus] Lindessay	Johannes Fresell, magister
V[illelmus] Boswel	R[obertus] Chammir
V[alterus] Drummond	Dominus Johannes Myl
Thomas Cranston	Dominus Andreas Forrest
G[ilbert] Ceton	Dominus Petrus Scot
G[eorgius] Menteh	Georgius Styrling, pauper
V[illelmus] Carnis	Dominus Thomas <sup>6</sup> Scoen, pauper
A[lexander] Cornwel	A[ndreas] Makclowden
P[atricius] Makquilloch	Dominus Johannes Bykartown,
Johannes Stewart	pauper
Jacobus Ramsay	Johannes Lythstar, pauper

<sup>1</sup> *sattutis* in text.

<sup>2</sup> Most of the Christian names in the following list are designated by initials, but have been filled out here where their owners appear again as licentiates. This procedure is followed in similar cases hereafter.

<sup>3</sup> Altered from *Spethy*.

<sup>4</sup> This and some of the later entries have been mutilated when the margin was trimmed by the binder.

<sup>5</sup> Names have been filled out from the lists of determinants. The list is here placed out of its order in a column parallel to that of the determinants.

<sup>6</sup> Altered from *Johannes*, presumably the *Thomas Slogan* above, p.159.

8 May 1469

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem octavo die mensis Maii anno ut supra. In qua Congregacione expositum fuit per modum querele per aliquos magistros eiusdem Facultatis quod quidam scolares Collegii Sancti Salvatoris,<sup>1</sup> scilicet Jacobus Oliphand et Jacobus Sincler, in publica via et in presencia Rectoris et Decani eiusdem Facultatis et aliorum magistrorum clericorum in<sup>2</sup> scandalum<sup>3</sup> Universitatis et Facultatis iniurias et violentias eiis fecerunt. In qua Congregacione conclusum erat quod si contingeret aliquem illorum duorum scolarium tales iniurias facere alicui magistro dicte Facultatis in futurum quod pro perpetuo reseccarentur a Facultate et a spe promocionis in eadem.

3 October 1469

fol. 61r

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem tercio die Octobris. In qua Congregacione electus erat magister Andreas Ramsay in Quodlibetarium et magister Johannes Lok tanquam regens elegit sibi logicam ad legendum et magister Johannes Dolass phisicam, et recepti erant aliqui ad determinandum et jurati in facie Facultatis. <Pro><sup>4</sup> aliquibus eciam absentibus protestatus est magister Johannes Dolass ut reciperentur in adventu eorum per Decanum. Cui supplicacioni annuit Facultas.

c. October 1469

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem. Qua supplicavit magister Andreas Gorleth arcium magister et doctor in medicinis ut reciperetur ad gremium Facultatis<sup>5</sup> et ipso remoto concluserunt unanimiter

<sup>1</sup> A word cancelled here—apparently *iniuria*.

<sup>2</sup> *contemptum Rectoris* deleted after *in*.

<sup>3</sup> *scandulum* in text.

<sup>4</sup> Added above the line.

<sup>5</sup> He had already been received at Glasgow on 2 August (*Munimenta*, ii, 76). He was a Dane, and became physician to James III (*C.P.R.*, xii, 305). He probably came over in the train of Margaret of Denmark.

magistri ibi existentes ipsum debere recepti ad Facultatem dummodo probaret sigillo littera vel testimonio vel juramento de gradu magisterii suscepto in artibus, et dictus magister probavit mediante magno juramento quod erat graduatus in artibus et promisit ostendere hoc idem litteris testimonialibus et dicta Facultas eum gratiose recepit ob favorem Regine Scocie,<sup>1</sup> et remisit eidem onera et debita consueta persolvi in receptione magistrorum.

Anni etc. lxix.

ACTA VENERABILIS VIRI MAGISTRI GILBERTI KENNEDY  
DECANI FACULTATIS ARCIUM AC RECTORIS ECCLESIE PARRO-  
CHIALIS DE ARBUTHNOT.

3 November 1469

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem tercio die mensis Novembris anno Domini etc. sexagesimo nono pro electione novi decani. Quo die electus erat magister Gilbertus Kennedy rector ecclesie de Arbuthnocht in decanum et magister Robertus Pantre continuatus erat in receptorem dicte Facultatis, et electi fuerunt assessores Decano illustris vir magister Hugo Douglais tunc temporis Rector Universitatis, magister Johannes Lok rector de Fynewyn,<sup>2</sup> magister Jacobus Ogilby, magister David Monipenne, magister Alexander Schewes,<sup>3</sup> magister Alexander Pennekuk vicarius de Kinconqwhar, et in absentis eorum dedit eidem Facultas licenciam convocandi alios magistros. In qua eciam Congregacione habuit Facultas facta Decani rata et grata.

1469-1470

Nomina Determinancium anni lxix

Robertus Erskyn	} solvit vij s. <vj d.> <sup>4</sup> et pro cappa
Jacobus Oliphant	
Johannes Spens	
Dominus Robertus Russale	

<sup>1</sup> James III married Margaret of Denmark on 13 July 1469 (Dunbar, *Scottish Kings*, 207).

<sup>2</sup> Finavon, in Angus.

<sup>3</sup> Altered from *Ceves*.

<sup>4</sup> Added above the line wrongly as *vii d.*

Johannes Patonson, pauper  
 Dominus Alexander Cabell  
 Alexander Forbes, solvit vij s. vj d.  
 Jacobus Lyon  
 Gilbertus Bell  
 Jacobus Pyot  
 Alexander Redy  
 Jacobus Grant, solvit vij s. vj d.  
 Jacobus Hay  
 H[ ] Cowtis, solvit vij s. vj d.  
 A[ ] Auchlek  
 Johannes Kenyoth  
 S[ ] Lawson  
 G[ ] Ker, solvit vij s. vj d.  
 Johannes Spotiswode, solvit vij s. vj d.  
 A[ ] Wrquhart, solvit vij s. vj d.  
 Jacobus Fobedy, solvit vij s. vj d.  
 Johannes Symson  
 G[eorgius] Cowy, solvit vj s. ij d.  
 Petrus Sandelandis  
 Ricardus Ramesai, solvit vij s. vj d.  
 Patricius Brokess  
 Johannes Lothresk, solvit vij s. vj d.  
 Jacobus Hunter, solvit vij s. vj d.  
 A[lexander] Borthwik, solvit vij s. vj d.  
 A[ ] Moffet, solvit vij s. vj d.  
 G[ ] Bell, solvit vij s. vj d.  
 Robertus Lok  
 [ ] Jurdan  
 R[ ] Kynner, solvit vij s. vj d.  
 Dominus D[ ] Dykson

fol. 61<sup>v</sup>

1470

Nomina Licenciatorum anni etc. <presidentis><sup>1</sup>

David Dowglace, solvit	Thomas Wilkynson
Alexander Forbes, solvit	Robertus Spedy, solvit
Robertus Jonson, solvit	W[illelmus] Sandylandis, solvit
Willelmus Olyfant, solvit	D[ominus] Alanus Murray
Florentinus Jonsown, solvit	D[ominus] Johannes Scastarris
Ricardus Lawson, solvit	Johannes Mekeson

9 March 1469-70

Ego Johannes Lok Rector Universitatis approbo inferius  
scriptam conclusionem<sup>2</sup>

<sup>1</sup> *presidentis* added later in a fainter ink. Higher in the page, and in faded ink, are the words *Nomina Licenciatorum*, blotted, and followed by faint jottings. Written upside down, at the foot of the folio are the words, blurred, *In Dei Nomine, Amen*.

<sup>2</sup> Three words scored out after *conclusionem*. There are also blots and smudges throughout this list of holograph signatures.

fol. 62<sup>r</sup>

Ego David Monypeny approbo et subscribo

Et ego Georgius Huntar ad idem<sup>1</sup>

Et ego Alexander de Pennycuk ad idem

Et ego Wilhelmus Scheves ad idem

Et ego Wilelmus Awchlek ad idem

Et ego Jacobus Douglas ad idem

Et ego Malcomus Rollok ad idem

Et ego Johannes Dolas ad idem

Et ego Vilelmus Ricardi ad idem<sup>2</sup>

Ego Wilelmus Ramsay ad idem

Et ego Gawinus Wache ad idem

Et ego Donaldus Ross ad idem

Et M. Donaldus <Herys><sup>3</sup> ad idem

Et ego Willelmus Meldrum ad idem

Et ego Patricius McCulloch ad idem

Et ego Alexander Auchlek ad idem

Et ego Johannes Leyrmontht ad idem

Et ego Johannes Abyrnethi ad idem

Et ego Wilelmus Blakader ad idem

Et ego Robertus Keyttht ad idem

Et ego Johannes Butergask ad idem

Et ego Willelmus Ricardi ad idem

Et ego Thomas Ramsay ad idem

Et ego Johannes Rollok ad idem

Et ego Wilelmus Heris ad idem

Bully ad idem<sup>4</sup>

Et ego Thomas [?Pottar] ad idem

Et ego Vilelmus Bosuel ad idem

Et ego Robertus Lenox ad idem

Et ego Alexander Butler ad idem

Et ego Johannes Myl ad idem

Et ego Andreas McLultan ad idem<sup>5</sup>

<sup>1</sup> *ad idem* written twice, and the first, after *Georgius*, scored out.

<sup>2</sup> Opposite this signature are the words *et ego Johannes* in thin faint writing.

<sup>3</sup> Added above the line.

<sup>4</sup> This seems to be William Bully, licentiate of 1454 (see above, p. 102).

<sup>5</sup> This is apparently the A. Maklowden, licentiate of 1469.

9 March 1469-70

fol. 62<sup>v</sup>

Congregacione<sup>1</sup> Facultatis Arcium facta in novis scolis Arcium nono die mensis Marcii per Decanum incepta. Propositum fuit in eadem, magistris Facultatis ibi congregatis et subscriptis, quod nonnulli Facultatis magistri videlicet magister Johannes Athilmer senior Prepositus ecclesie collegiate Sancti Salvatoris, <magister><sup>2</sup> Henricus Kirkealdy, magister Johannes Lochmalony, magister Willelmus Ricardi junior et magister Jacobus Scot, subtraxerunt quosdam determinantes illius anni in prefato Collegio studentes contempto Decano in preiudicium bursarum Universitatis et Facultatis et contra formam statutorum Facultatis a principio Universitatis semper hactenus inviolabiliter observatam, non obstante quod ad eorundem statutorum observationem per sua juramenta erant obstricti, unde periurium temere incurrerunt.<sup>3</sup> Peciit igitur prefatus Decanus deliberaciones magistrorum ibi congregatorum an ad declaracionem periurii secundum quod cavent statuta contra eos tanquam statutorum violatores tunc procedent. Insuper proposuit idem Decanus quod inhibuit per edictum publicum tam magistris se pro temptatoribus ingerentibus quam eciam scolaribus per eos temptatis ne presumerent aut magistri talia facere aut scolares eis assentire. Singuli tamen eorum contra huiusmodi inhibitionem contra eciam eorum juramenta prestita sibi et Facultati temerarie devenerunt. Preterea idem Decanus deposuit gravem querelam Facultati quod quidam Jacobus Oliphant eciam determinans cum armis videlicet gladio et cultello longo eum in publica strata invasit, producens eciam Facultati quandam conclusionem contra eundem Jacobum factam tempore predecessoris<sup>4</sup> sui pro consimili scelere<sup>5</sup> perpetrato invadendo<sup>6</sup> duos alios magistros

<sup>1</sup> There is a pointer in the margin opposite this minute.

<sup>2</sup> Added above the line.

<sup>3</sup> On 25 February 1468-69, Pope Paul II granted a bull, giving the College power to examine for its own degrees in Arts and Theology (*Evidence*, 273-4).

<sup>4</sup> See above, p. 168.

<sup>5</sup> *scolere* in text.

<sup>6</sup> *evadendo* in text.

predicte Facultatis, qua cavetur quod resecaretur<sup>1</sup> a Facultate si aliquo tempore futuro talia committeret. Rogavit igitur dominus Decanus ut Facultas super hiis provideret de remedio, sed quia ut asseruit idem Decanus res sua in parte hic proponitur deliberanda ideo exivit<sup>2</sup> se pro illa vice de officio et supplicavit Facultati ut alium discretum virum institueret pro tempore illius Congregationis, cui supplicationi Facultas annuit et magistrum Robertum Panthere [in] locum eius assumpsit, qui post assumptionem suam fecit Bedellum cum duobus notariis vota singulorum magistrorum inquirere,<sup>3</sup> quibus collectis unanimi consensu et nullo contradicente inventum fuit tam prenomatos magistros quam scolares deliquisse contra statuta in magnum dispendium sui juramenti et prejudicium bursarum Facultatis Arcium unde merito declarandi essent incurrisse periurium, sed Facultas mitius cum eis volens agere et ad convincendum eorum malicias distulit declaracionem ad triduum, infra quod tempus si se non humiliarent et debitam Decano et Facultati emendam facerent sed animo indurato in sua malicia perseverarent ita<sup>4</sup> quod permetterent triduum sine sua reformatione transire, post illud idem Decanus exequeretur penam in statutis contentam cum omni rigore et crescentibus suis contumaciis ad alias penas secundum juris exigenciam procederet. Magistri predicte Facultatis tunc presentes et predictam deliberacionem facientes supra scripserunt se suis propriis manibus ad maiorem corroboracionem et fortificacionem ipsius conclusionis.

12 March 1469-70

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem duodecimo die mensis Marci anno ut supra pro electione temptatorum. In qua Congregatione electi fuerunt in temptatores magister Georgius Hwntar, magister Wilelmus Ricardi senior et magister Johannes Leyrmontht,

<sup>1</sup> *resicaretur* in text.

<sup>2</sup> *exiit* in text.

<sup>3</sup> *inquerere* in text.

<sup>4</sup> *ita* written twice, and the first cancelled.

et quia erant quidam de Collegio presentandi Decano et Facultati qui illo <die><sup>1</sup> non presentati fuerunt, ideo Facultas ordinavit quod si postea presentarentur Decano quod magister Andreas Ramsay esset quartus temptator. Quibus non venientibus, Facultas elegit magistrum Johannem Dolass pro quarto temptatore et dedit potestatem Decano recipiendi eos ad temptamen si venirent. Insuper proposuit Decanus per modum querele quod nonnulli studentes bachalarii capellani et magistri sub silencio noctis ipsum magistrum ac alios <quosdam><sup>2</sup> studentes dicte Facultatis cum arcibus sagittis et aliis quamplurimis armis invasivis invaserunt etulnerarunt in scandalum totius || Universitatis et Facultatis. Quare supplicavit idem <Facultati><sup>3</sup> de remedio providere opportuno, unde Facultas attendens supplicationem esse justam deliberavit tales transgressores statutorum resecari et pro perpetuo a commodo et honore Facultatis privari et periurium incurrisse declarari nisi emendarent infra quindecim dies.<sup>4</sup>

2 April 1470

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem secundo die mensis Aprilis anno Domini etc. lxx<sup>mo</sup>. In qua Congregacione proposuit Decanus de electione senescallorum. In qua eciam Congregacione proposuit idem Decanus de resecacione aliquorum magistrorum ac studencium Collegii Sancti Salvatoris transgrediencium statuta et conclusiones dicte Facultatis. In qua <eciam><sup>5</sup> Congregacione data fuit potestas Decano ex unanimi consensu tocius Facultatis ad eos resecandos ad eius voluntatem, sed ad convincendum eorum maliciam supplicavit Facultas Decano ad supersedendum pro otto diebus, qui annuens eorum supplicationibus continuavit in eadem forma usque in diem antedictum.

<sup>1</sup> Added in the margin.

<sup>2</sup> Added in the margin.

<sup>3</sup> Inserted above the line.

<sup>4</sup> *pro cuius* deleted after *dies*.

<sup>5</sup> Added above the line.

9 April 1470

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem nono die mensis Aprilis anno quo supra. In qua Congregacione proposuit Decanus de electione senescallorum et de resecatione magistrorum et studencium statuta transgrediencium antedictorum, et quia propositum erat quod contra non vocatum non esset procedendum<sup>1</sup> igitur dominus Decanus cum consensu Facultatis et propter supplicationem domini Episcopi Sancti Andree continuavit dictam Congregacionem ad undecimam diem mensis antedictae, eosque interim moneri decrevit ad comparandum in dicto undecimo die ad audiendum eos resecari ac periurium incurrisse declarari<sup>2</sup> cum intimacione etc.

11 April 1470

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem undecimo die mensis Aprilis anno ut supra. In qua Congregacione electi erant in senescallos magister Thomas Ramsay et magister Robertus Lenok vicarius de Markynch. In qua eciam Congregacione supplicavit illustris et magne nobilitatis vir magister Andreas Stewart prepositus de Lynclowden pro continuacione<sup>3</sup> resecacionis Jacobi Oliphant, qui quidem Jacobus ibi presens obligavit se per manus dextre extentionem stare decreto quorundam magistrorum dictae Facultatis non suspectorum. Insuper continuavit resecacionem aliorum usque diem crastinum ad eorum ad hoc maliciam convincendam sine quacumque ulteriori dilacione.

12 April 1470

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem duodecimo die mensis Aprilis anno ut supra. In qua Congregacione resecati erant et periurium incurrisse declarati certi magistri et studentes Collegii Sancti Sal-

<sup>1</sup> i.e. it was put that proceedings could not be taken against a party not cited.

<sup>2</sup> *declarari* twice written, and the first (before *resecari*) scored out.

<sup>3</sup> i.e. postponement.

vatoris ob non servacionem statutorum dicte Facultatis, scilicet temerariam<sup>1</sup> violacionem eorundem ad quorum observacionem juramento sunt astricti ac eciam propter invasionem Decani predicti<sup>2</sup> Facultatis ac aliquorum magistrorum et studencium ac wlnerationem sub silencio<sup>3</sup> noctis cum arcubus sagittis et aliis armis invasivis, per Decanum cum consensu Facultatis.<sup>4</sup>

fol. 63<sup>v</sup>Nomina resecatorum in predicta Congregacione<sup>5</sup>

Magister Johannes Athilmer senior Prepositus Collegii Sancti Salvatoris	Patricius Pethed Thomas McClannachen <purgavit seipsum in facie Facultatis> <sup>7</sup>
M. Henricus Kircawdy	Patricius Brocass
M. Willelmus Ricardy junior	Ricardus Ramsay
M. Johannes Lochmalony	Johannes Mekyson
M. Jacobus Scot	David Gardyn <satisfecit Facultati in omnibus> <sup>8</sup>
Jacobus Sinclar	Willelmus Turnbul
Andreas Dallaquhe <sup>6</sup>	David Broun
Anguesius McKnar	Archbaldus Pyot <sup>9</sup>
Jacobus Stewart de Rannach	Jacobus Afflec
Jacobus Grant	

[ANDREW STEWART, *Dean*]<sup>10</sup>

3 November 1470

fol. 64<sup>r</sup>

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem tercio die mensis Novembris anno Domini millesimo quadringentesimo<sup>11</sup> septuagesimo pro electione novi Decani. Quo die electus erat illustris et magne sciencie vir

<sup>1</sup> *timerarium* in text.<sup>2</sup> ? *predicte* : Dean of the foresaid Faculty.<sup>3</sup> *cilencio* in text.<sup>4</sup> i.e. the sentence was carried out by the Dean.<sup>5</sup> These names have afterwards been cancelled by strokes of the pen, both vertically and horizontally. An agreement was effected between the two parties in presence of Bishop Graham on 17th July 1470 (see *Archbishops*, i, 36-37). It is seen from the *Acta*, however, that this agreement was not observed.<sup>6</sup> A Robert Dallowqwhy appears as a determinant of 1467-1468.<sup>7</sup> The addition is made in different ink.<sup>8</sup> There is a cross in the margin before this name. The addition is made in different ink.<sup>9</sup> A James Pyot was a determinant of 1469-1470.<sup>10</sup> Headings to the deanships are here discontinued until 1477, with the exception of the year 1473.<sup>11</sup> *quadringentesimo* in text.

magister Andreas Steuart prepositus de Lyncloudam<sup>1</sup> in decanum. Continuatus erat magister Robertus Pantre in officio receptoris. Eodem eciam die Facultas elegit subscriptos assessores Decano videlicet magistrum Johannem Lok Rectorem Universitatis Sanctiandree, magistrum David Monypenny canonicum Moraviensem, magistrum Alexandrum Scheves, magistrum Robertum Pantre, magistrum Alexandrum Pennycuyk, magistrum Gilbertum Kennedy, magistrum Robertum Broune, magistrum Johannem Dolass. Quo die eciam Facultas elegit cum consensu Decani<sup>2</sup> in substitutum magne nobilitatis eciam sciencie virum magistrum Gilbertum Kennedy rectorem de Benhame etc.

1470-1471

## Nomina Determinantium anni lxx

fol. 64<sup>v</sup>

Gilbertus Hoyme, solvit	Jacobus Gray
Jacobus Kant, solvit	Johannes Scalpye, pauper
Willelmus Balbirny, solvit	Symon Campion, pauper
Johannes Wricht	Jacobus Stewart
Georgius Barre, pauper	Willelmus Alirdes, solvit
Willelmus Withsank	Andreas Cadoch, solvit
Dominus David Lychtoune, solvit	Johannes Abircrummy
Willelmus Pennekuk, solvit	David Broune
David Fothrygame	[ ] Purves

23 February 1470-71

Congregacione Facultati Arcium tenta in novis scolis fol. 65<sup>r</sup> eiusdem xxiii<sup>o</sup> die mensis Februarii anno Domini etc. septuagesimo. In qua Congregacione Decanus Facultatis Arcium exposuit magistris ibi presentibus qualiter ipse in persona propria accessit ad Prepositum Collegii Sancti Salvatoris et supplicavit eidem differre illas vocaciones quousque ipse poterat avisare cum magistris Facultatis quid esset faciendum et <qualiter><sup>3</sup> prefatus Prepositus respondit simpliciter quod non vellet differre<sup>4</sup> huiusmodi vocaciones. Insuper Decanus exposuit qualiter inibuit eidem Preposito ne ipse illas vocaciones faceret illo tem-

<sup>1</sup> Lincluden.<sup>2</sup> *cum consensu Decani cum eius consensu* in text.<sup>3</sup> Added above the line. The Provost was making the callings before the statutory date.<sup>4</sup> *deferre* in text.

pore sub pena resecacionis et periurii<sup>1</sup> et sub omnibus penis quas ipse poterat incurrere contra Facultatem et Decanum eiusdem, magistro Thoma Loge presenti ac aliis magistris et diversis studentibus, de qua inibicione Decanus Facultatis cepit instrumentum a notario publico. Insuper exposuit quomodo<sup>2</sup> magister Henricus Kyrcaidy descendit<sup>3</sup> cum turma studencium in vocacionibus cum bedello, dicto Thoma Makclanochen, ab eis electo contra formam Facultatis. Insuper exposuit qualiter fecit aliquos magistros congregari in novis scolis Facultatis Arcium et ipsis ibi sedentibus unus intravit dicens illos discendere cum dicto pretenso bedello, et qualiter posuit se ad capiendum predictum bedellum et non ad invadendum quemcumque neque ad ledendum, sicut declaravit in consciencia sua. Insuper supplicavit magistris quid ipse faceret in ista materia. In qua Congregacione deliberatum<sup>4</sup> erat per maiorem numerum magistrorum videlicet per triginta<sup>5</sup> duos magistros ipsum Prepositum magistrum Henricum Kyrcaidy ac pretensum bedellum expresse devenisse contra statuta et conclusiones ac deliquisse contra Decanum, et ipsos debere puniri penis in statutis contentis<sup>6</sup> et puniri ad voluntatem Decani, sed dicti magistri supplicarunt Decano differre concludere et execucionem facere dictarum penarum usque ad quartum diem mensis Marcii, qui Decanus distulit usque ad dictum diem, licencia a dictis magistris ibi presentibus petita et optenta. In qua eciam Congregacione declaravit magister Thomas Loge<sup>7</sup> in consciencia sua quod non scivit de electione illius bedelli neque de illis vocacionibus.

#### 4 March 1470-71

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem quarto die mensis Marcii anno Domini etc. lxx<sup>o</sup>

<sup>1</sup> *periurie* in text.

<sup>2</sup> Written twice, and the first cancelled. There are several corrections in this minute.

<sup>3</sup> *descendit* in text.

<sup>4</sup> Altered from *conclusum*.

<sup>5</sup> *triginta* in text.

<sup>6</sup> The four words after *contentis* seem to have been crushed into a space, which had been left blank.

<sup>7</sup> Thomas Logy was a party to the agreement of 17 July 1470. Cf. above, p. 176 n 5.

pro electione temptatorum et pro receptione intrancium. In qua Congregacione omnia continuata erant usque ad decimam octavam diem eiusdem mensis et eciam continuata erat resecatio magistri Johannis Athilmer et eorundem aliorum.

18 March 1470-71

Congregacione<sup>1</sup> Facultatis Arcium tenta in novis scolis fol. 65<sup>v</sup> eiusdem decimo octavo die mensis Marci anno Domini lxx<sup>o</sup> pro electione temptatorum et pro admissione eorundem bachalariorum ad temptamen. In qua Congregacione erat presentata littera supremi domini nostri Regis supplicans et exhortans continuare electionem temptatorum usque post decimam nonam<sup>2</sup> diem mensis <Aprilis>,<sup>3</sup> et sic propter exortationem Regis continuata erat electio temptatorum usque ad vicesimam diem mensis Aprilis, et ordinatum erat quod bachallarii habentes requisita admitterentur ad temptamen, et ita conclusum erat.

20 April 1471

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem xx<sup>o</sup> die mensis Aprilis anno Domini lxxi<sup>o</sup> pro electione temptatorum. In qua Congregacione quia dictum erat ab aliquibus quod erat quoddam appun[c]tuamentum inter magistros Collegii et reliquos magistros dixit illis de Collegio ostendere tale appun[c]tuamentum et<sup>4</sup> quod illud esset paratus perimplere, de quo petiit instrumentum magister Gilbertus Kennedy Vicedecanus a magistro David Monypenny, et quia nichil ostensum erat electi erant temptatores pro bono pacis<sup>5</sup> et concordie magister Johannes Lok Rector Universitatis Sanctiandree et in casu quo ipse noluit acceptare magister Johannes Dolace loco eius, et magister Johannes Athilmer Prepositus Collegii Sancti

<sup>1</sup> Inside the initial *C* is written the word *Gray*, the name of the scribe. William Gray was a licentiate of 1455. Cf. above, p. 109.

<sup>2</sup> Originally *vicesimam novam*.

<sup>3</sup> Added above the line. Altered from *eiusdem mensis*.

<sup>4</sup> *dixit* scored out after *et*.

<sup>5</sup> *pace* in text.

Salvatoris et ab aliquibus loco eius magister Andreas Ramsay, et ad extra magistrum Alexander Athlek et magistrum Alexandrum Butlar, et ita conclusum est.

28 May 1471

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem xxviii die mensis Maii <anno lxxi<sup>o</sup>><sup>1</sup> pro electione examinatorum. Quo die electi erant temptatores ante nominati ad examinandum intrantes in cameris et ita conclusum est.

1471

fol. 66<sup>r</sup>

Licenciati<sup>2</sup> anni lxxi<sup>o</sup>

W[alterus] Forbess	R[obertus] Erskyn
G[ ] Kar	Jacobus Lyown
J[ohannes] Spottyswod	D[ominus] R[obertus] Russale
Jacobus Foby, pauper	R[icardus] Ramsay
R[ ] Kynner	V[ ] Ramsay
J[ohannes] Spens	G[eorgius] Strathaqwhon
Jacobus Dowglas	Jacobus Grant
Al[ ] Wrqwhart	P[atricius] Brokass, pauper
G[ ] Bell	D[ominus] Alexander Cabel, pauper
A[ ] Moffat, pauper	D[ominus] Johannes Pattowson,
R[obertus] Lok, pauper	pauper
D[ominus] W[illelmus] Cwby, pauper	D[ominus] Johannes Pettyt, pauper
P[atricius] Symson, pauper	Jacobus Auchlek, pauper
J[ohannes] Symson, pauper	[ ] Pyot <sup>3</sup> , pauper

[DAVID MONYPENNY, *Dean*]

4 November 1471

fol. 67<sup>r</sup>

<sup>4</sup>Congregacione generali Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem quarto die mensis Novembris anni etc. septuagesimi primi per magistrum Thomam Pottar Vice-decanum nobilis et egregii domini magistri Andree Stewart prepositi de Lyncloudan, tunc absentis, pro electione novi Decani. Ubi electus fuerat de communi consensu omnium magistrorum magister David Monypeny in decanum. In

<sup>1</sup> Written in the margin.

<sup>2</sup> The list includes the names of some of the 'rebellious' students of St. Salvator's. Christian names have been supplied from elsewhere in the *Acta*.

<sup>3</sup> Jacobus Pyot was a determinant of 1469-1470. Archibaldus Pyot was a 'rebellious' student of St. Salvator's.

<sup>4</sup> Fol. 66<sup>r</sup> is blank and fol. 67<sup>r</sup> has no heading.

qua etiam Congregacione uniformiter conclusum fuit quod nullus magister presumeret facere vocaciones ad quoscumque actus dicte Facultatis nisi bursis suis solutis Bursario, qui statim post recepcionem in communi cista<sup>1</sup> depon[eret]<sup>2</sup> sub custodia trium clavium quas habebunt Decanus, senior magister Facultatis et Bursarius, cum quibus, pecunia inposita, dictam cistam statim serabunt. Item in eadem Congregacione conclusum fuerat quod fieret executio eiusdem conclusionis antiqu[e], videlicet quod nullus promovendus in Facultate Arcium exponeret in actu determinancium ultra quadraginta solidos et in magisterio quatuor libras nisi fuerit egregius beneficiatus aut magnus illustris, nec tunc nisi de speciali dispensacione et moderacione Decani et Facultatis sub pena declaracionis periurii tam in magistris quam scolaribus.<sup>3</sup> Facultas etiam dedit Decano deputatos infrascriptos ad avisandum<sup>4</sup> singula que concernere poterint utilitatem Facultatis, videlicet magistros Johannem Lok tunc Rectorem, Johannem Almer seniore, Thomam Logy, Alexandrum Pennycuk, R[obertum] Pantri, Johannem Dola [*sic*], et in absentis dictorum alios ad voluntatem Decani loco illorum eligendos.

5 December 1471

Congregacione Facultatis Arcium tenta ubi supra die quinto mensis Decembris, ubi conclusum fuerat de communi consensu omnium quod regentes observarent antiquam formam legendi textum Arestotelis et questiones super textu movendas in vico per Facultatem deputato, prout in statutis desuper confectis continetur et sub penis in eisdem contentis, et quod scolares audiant Sum[m]ulas deinceps complete et in secundo anno incipiant reportare logicam Arestotelis manibus propriis, tercio vero anno phisicam et naturalem philosophiam similiter continue ab ore regencium

<sup>1</sup> *sista* in text here and below. David Monypenny's characteristic spelling is to be found throughout the minute.

<sup>2</sup> The ending of this word has been cut away in the margin. The grammar of the sentence is defective, but *qui* seems to refer to *Bursario* rather than to the feminine *bursis*.

<sup>3</sup> See above, p. 163.

<sup>4</sup> *avisandum* changed from *conferendum*.

aut alicuius deputati per eosdem reportent, et quarto anno reportent metaphisicam ad minus septem primos libros, ita quod nullus deinceps admittatur pro licencia in artibus ad temptamen nisi qui prefatos libros degitis propriis scriptos Decano in facie Facultatis presentaverint. Item ordinavit Facultas quod nullus scholaris pro lectura textus aliquid contribuat regentibus nisi ex suo libero arbitrio et aliquid<sup>1</sup> non exigant regentes sub penis prius expressis.<sup>2</sup> Insuper Facultas ordinavit quod regentes nullos scholares potentes recipere<sup>3</sup> ad doctrinam nisi illos qui nocte dormiunt infra colegium et pedagogium<sup>4</sup> et eciam comedunt in eisdem, et hoc sub pena periurii in magistris et amissionis temporis in scolaribus.

1471-1472

Nomina Determinantium anni lxxi<sup>5</sup>fol. 67<sup>v</sup>

H[enricus] Grame, solvit  
 H[enricus] Crammy, temptatus,<sup>6</sup> solvit  
 Jacobus Ramsay, temptatus, solvit  
 M[ichael]<sup>7</sup> Peblys, solvit  
 W[illelmus] Dot, canonicus, temptatus, pawper  
 K[arolus] Goldsmyth, temptatus, pawper  
 Johannes Scrymiowr, temptatus, solvit  
 P[atricius] Rossy, temptatus, solvit pro bursa  
 W[illelmus] Kyd, temptatus, solvit<sup>8</sup>  
 Johannes Dury  
 Johannes Alexandri, temptatus } pauperes  
 R[ ] Schoryswode }  
 H[enricus] Meldrum, temptatus, solvit pro bursa  
 Johannes Digwell, temptatus, solvit pro bursa  
 H[enricus] Lyndyssay, temptatus, solvit pro bursa  
 D[avid] Lyndyssay, temptatus, solvit pro bursa  
 V[illelmus] Gerwass, temptatus, debet omnia  
 R[ ] Donalson, pawper  
 Alexander Cogburn, temptatus, solvit pro bursa  
 H[ ] Ogyby, temptatus, solvit pro bursa  
 D[ ] Lythcow, temptatus, solvit pro bursa  
 J[ ] Sym, temptatus } pawperes  
 R[ ] Clerk }  
 G[eorgius] Lwndy, solvit pro bursa et cappa  
 D[avid] Spens, temptatus, solvit pro bursa et cappa  
 W[illelmus] Cowper, temptatus, solvit pro bursa et cappa

<sup>1</sup> This word has been altered and blurred. This conclusion is printed, with standardised spelling, in *Statutes*, 32.

<sup>2</sup> *expressatis* in text.

<sup>3</sup> *receptent* in text.

<sup>4</sup> *petagogium* in text.

<sup>5</sup> Altered from *lxxi*.

<sup>6</sup> *temptatus* has in all cases been entered in the left margin before the name of the candidates concerned, and sometimes obscures the text.

<sup>7</sup> *Bursar's Book*, fol. 6<sup>v</sup>.

<sup>8</sup> Altered from *pauper*.

D[ominus] Donaldus Ade, temptatus, solvit pro bursa  
 Jacobus Strathtaqwhyn, temptatus, solvit pro bursa et cappa  
 J[ ] Castarris, temptatus, nihil, pauper  
 Willelmus Nwte, temptatus, solvit pro bursa et c[appa]  
 Robertus Heyton, temptatus, pauper  
 Jacobus Stewart, temptatus, determinavit anno precedente

9 February 1471-72

Convocata Facultate Arcium nono die mensis Februarii in novis scolis eiusdem, ubi magistri regentes presentarunt bacalarios promovendos ad licenciam, quibus presentatis Decano et Facultati et admissis Facultas elegyt ad temptandum eosdem magistros Andream || Ramsay et Johannem fol. 68<sup>r</sup> Dolas regentes, Willelmum Douglas et Willelmum Blacatar non regentes, et sic conclusum fuit per Decanum.

8 April 1472

Congregacione Facultatis Arcium tenta in [novis] scolis eiusdem octavo Aprilis ad elegendum provisores pro festo Beati Johannis, ubi electi erant ad providendum pro dicto festo per Facultatem magistri Michael Levynstoun et Johannes Roll[ok]<sup>1</sup> et ita conclusum per Decanum.

15 April 1472

Congregacione dicte Facultatis tenta ubi supra xv Aprilis. Comparuit magister Robertus Pantre Bursarius dicte Facultatis exponens gravem querelam Decano et Facultati quod magister Johannes Spens,<sup>2</sup> citatus ad instanciam dicti Bursarii coram Rectore pro debitis Facultatis sibi in presencia Rectoris intulyt verba iniuriosa et comminatoria, ad cuius emendam Facultas dedit deputatos in presencia dicti magistri Johannis<sup>3</sup> ad avisandum super modo et forma eiusdem, videlicet reverendum in Christo patrem Episcopum Brechinensem,<sup>4</sup> magistros Johannem Almer, Johannem Lok theologie professores, Thomam Logy, Johannem Liston, cum Decano Facultatis ad referendum in proxima Congregacione Facultatis.

<sup>1</sup> Cut off in the margin.

<sup>2</sup> He was a licentiate of 1471.

<sup>3</sup> sic: but read *Roberti*.

<sup>4</sup> Bishop John Balfour, Conservator of the Privileges of the University.

Post predictam deliberacionem deputatorum prescriptorum Decanus Facultatem congregavit, exponendo in Facultate quod deputati decreverunt<sup>1</sup> quod dictus magister Johannes Spens humiliter veniam peteret in presencia Decani et Facultatis a dicto magistro Roberto Pantre eciam supplicando Decanum quod ipse intercederet Facultati ad indulgendum sibi pro dicta offensa non tantum Bursario illata verum eciam toti<sup>2</sup> Facultati, ad que prefatus magister Johannes non libenter<sup>3</sup> set coacte obedyvit cum minatus fuerat sub pena periurii et rescacionis<sup>4</sup> ad obediendum et tunc metu pene plus quam penitencie obedivit taliter qualiter. Post hoc autem nobilis vir magister Johannes Kenydy prepositus Capelle Regie civitatis Sanctiandree receptus fuit in Facultate nemine contradicenti et ita conclusum est per Decanum.

20 May 1472

Insuper xx<sup>mo</sup><sup>5</sup> die mensis Maii Facultas congregavit seipsam in scolis Arcium et approbavit Congregationem esse formalem propter festum infra ebdomadam Pentecostes.<sup>6</sup> Ubi dispensatum fuit cum Alexandro Forbes rectore de eodem super omnibus responsionibus in vico, qui Facultati contribuit quadraginta solidos propter huiusmodi dispensationem, et tunc Facultas recepit ad se magistrum Johannem Logan preceptorem Sancti Antonii de Leth, et ita conclusum fuit nullo contradicenti.

1472

Nomina licenciatorum lxxii<sup>o</sup>

Alexander Forbes, primus  
 Petrus Sandelandis, magister  
 Jacobus Cant, magister  
 Jacobus Stewart  
 Thomas Erskyne  
 Alexander Borthwik, magister  
 Johannes Hay  
 Andreas Butergask  
 Jacobus Huntar  
 Willelmus Balbyrny, magister

David Fotheryngam, magister  
 Willelmus Allyrdes  
 Dominus Willelmus Lammy,  
 magister  
 David Browne, magister  
 Jacobus Chylde, magister  
 David Kenzo, magister  
 Jacobus Gray, magister  
 Willelmus Wisthank, magister  
 Thomas Makclanothy, magister

<sup>1</sup> *deputate decreverunt* in text.

<sup>2</sup> *lebenter* in text.

<sup>3</sup> The figures have been altered.

<sup>4</sup> *tote* in text.

<sup>5</sup> *resicacionis* in text.

<sup>6</sup> Whit Sunday, 17 May 1472

2 October 1472

Congregacione Facultatis Arcium tenta ubi supra secunda die mensis Octobris anni suprascripti. In qua electus erat Quotlibetarius magister Henricus Wemyss. Insuper ex supplicacione magistri Roberty Pantre Bursarii dicte Facultatis supplicantis se exonerari de omnibus summis non receptis de bonis Facultatis ex quibus ipse in suo computo oneratus extetit, et post debitam deligenciam ad recuperandum dictas summas de omnibus summis non obtentis huiusmodi. Ad sui supplicacionem Facultas mature avisata considerans<sup>1</sup> quod dictum officium sibi non deberet esse noxium<sup>2</sup> remisit et in perpetuum exoneravit, ita quod idem Bursarius daret in compoto suo nomina singulorum debencium et summas eorundem de quibus pecunias habere nequivit, et ita conclusum fuit nullo contradicenti.<sup>3</sup>

[MICHAEL LIVINGSTONE, *Dean*]

3 November 1472

Congregacione Facultatis Arcium tenta ubi supra *tercia* fol. 69<sup>r</sup> die mensis Novembris.<sup>4</sup> Quo die electus erat in decanum nobilis et circumspectus vir magister Michael Lewynston vicarius de Wemys, ubi eciam magister Robertus Pantre fecit gravem querelam quod nonnulli magistri<sup>5</sup> et studentes dicte Facultatis impediabant ipsum ad construendum unum murum in inferiori scola Facultatis, quare supplicabat pro remedio oportuno et quo ad hoc [Facultas] dedit certos deputatos ad awisandum, viz. magistros Alexandrum Newton, Johannem Athilmer Prepositum Collegii Sancti Salvatoris, Johannem Lok, Thomam Logy, Johannem Kennady, Johannem Abernethy,<sup>6</sup> Johannem Lyston et Gilbertum Kenedy, Johannem Cristison, Alexandrum Penykuk et Willelmum Ricardi, et quo ad bursarium quidam

<sup>1</sup> *consederans* in text.

<sup>2</sup> *noxium* in text.

<sup>3</sup> The Bursar's account for the year ending 22 December 1473 notes three excommunications for default of payment (*Bursar's Book*, fol. 6<sup>v</sup>).

<sup>4</sup> Originally written *Decembris* and deleted.

<sup>5</sup> *magistri* written twice and the second scored out. There are various corrections and deletions throughout this minute.

<sup>6</sup> The last letters of this name are cut off in the margin.

elegerunt magistrum Robertum Pantre et quidam magistrum Johannem Dolece sed de nullo fuerat conclusum.

1472-1473

Nomina Determinantium anni lxxii<sup>1</sup>

[*Primus actus*] in Collegio  
Hugo Dowglas, temptatus, solvit,  
d.b.<sup>2</sup>  
David Lyon, temptatus, solvit  
David Ramsay, temptatus, solvit<sup>3</sup>  
Johannes Michelson, temptatus, d.b.  
Jacobus Brown, temptatus, d.b.  
Hugo<sup>4</sup> Tulloch, temptatus<sup>3</sup>

*Secundus actus in Collegio*  
Johannes Edmenston, temptatus  
Andrew Stewart, solvit  
Nevinus<sup>5</sup> Makmulron, temptatus,  
b.d.  
Johannes Masterton, temptatus<sup>3</sup>  
A[dam] Scot, temptatus<sup>3</sup>  
David Berdnar, temptatus, d.b.

*Tertius actus in Petagogio*  
Wilelmus Sowderland, solvit  
Thomas Stewart, temptatus, solvit<sup>3</sup>

Andreas Merschell, temptatus,  
solvit  
Jacobus<sup>6</sup> Patonson, temptatus,  
solvit<sup>3</sup>  
Johannes Fresaill, temptatus  
Jacobus Monypenny, temptatus,  
pauper

*Quartus actus*

Jacobus Gram, temptatus, solvit  
Ricardus Cokburn, temptatus, solvit  
Alexander Otturburn, temptatus,  
solvit<sup>3</sup>  
D[ ] Maknachtan, temptatus,  
solvit  
A[ndreas] Butterkais, temptatus  
J[ ] Scherar, temptatus  
Thomas Flemyng, temptatus, solvit fol. 69<sup>v</sup>  
David Petearne, temptatus, solvit  
Johannes Betson, pauper  
Johannes Kynloch<sup>7</sup>  
Robertus Lorymer, temptatus, solvit  
Willelmus Zong, temptatus, solvit

11 December 1472

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem anno ut supra xi<sup>o</sup> die mensis Discembris. In qua Congregacione electi erant assessores Decano inferius nominati, scilicet magister Andreas Stewart prepositus de Lynclowdane, magister Johannes Lok, magister Thomas Logy, magister David Monypenny, magister Robertus Pantre, magister Alexander Schewes, magister Johannes Abernethy, magister Alexander Pennykuk, magister Johannes Dolece, magister Gilbertus Kenydy, magister Johannes Lystone, magister Wilelmus Ricardi senior, magister Thomas Pottar, cum potestate accipiendi alios in

<sup>1</sup> The names are in a single column, continuing on fol. 69<sup>v</sup> with *Thomas Flemyng*.

<sup>2</sup> Presumably *dedit bursas*. Where *temptatus* occurs, it is in each case entered in the margin opposite the name of the candidate.

<sup>3</sup> There is a sign opposite these names in different ink, perhaps for *solvit*.

<sup>4</sup> Altered from *Henricus*.

<sup>5</sup> Altered from *Nicholaus*.

<sup>6</sup> *Jacobus* in text.

<sup>7</sup> *solvit* deleted.

absenciis ipsorum. Ordinatum eciam erat quod quatuor istorum assessorum audirent computum Bursarii. Conclusum eciam erat quod magister Robertus Pantre continuaretur in officio Receptoris pro isto anno.

23 December 1472

<Congregacione<sup>1</sup> Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem anno ut supra xxiii<sup>o</sup> die mensis Discembris. In qua Congregacione exposuit Decanus quod in Congregacione precedente erat terminus prefixus Bursario ad reddendum computum et bis dictus Bursarius fuerat legitime monitus sive premunitus per Bedellum ad dandum computum in tali termino, non comparuit sed se inobedienter absentavit, quare proposuit de remedio Facultati sibi provideri oportuno, et in Congregacione conclusum erat quod dictus magister Robertus Pantre bursas<sup>2</sup> Facultatis declararet et purgaret se in facie Facultatis quod non fecit ex contemptu nec ex aliqua vilipensione et quod petiit veniam a dicto Decano pro offensa per eum commissa, quod et factum est et sibi remissum erat per Decanum ad suplicacionem magistrorum et ita conclusum est.><sup>3</sup>

1473

Nomina Licenciatorum anno Domini etc. lxxiii

fol. 70<sup>r</sup>

Henricus Grahame	Georgius Colly, non fuit licentiatus
Magister Johannes Scrymeschor	in actu licentie sed vocatus erat
Georgius Lunde, non fuit licentiatus	ad licentiam et post hoc xxiiij <sup>to</sup>
in actu licentie sed postea	Decembris in congregatione publica
Magister Henricus Meldrum	Facultatis licentiatus erat
Thomas Kentor	coram omnibus magistris in dicta
Magister Patricius Rossy	Facultate tunc congregatis
Magister Henricus Lyndissay	Magister dominus Willelmus Gerwes
Magister Henricus Crammy	Magister Willelmus Nwt <sup>4</sup>
Magister Willelmus Cowper	Magister Robertus Hetton
Magister Jacobus Ramsay	Magister dominus Willelmus Doyt
Magister David Spens	David Brane
	Magister Karolus Goldsmyt

<sup>1</sup> This entire minute has been cancelled by strokes of the pen drawn horizontally through all the written lines. These have blotted but not obliterated the text.

<sup>2</sup> *Bursarum* in text.

<sup>3</sup> The cancellation of the minute is the sign of pardon, as above. A meagre account was rendered on this date (*Bursar's Book*, fol. 6<sup>r</sup>-6<sup>v</sup>) before seven auditors (not four as above nominated).

<sup>4</sup> This word has been altered and superimposed.

3 November 1473

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem tercio die mensis Novembris. In quaquidem Congregacione electus fuit in decanum Facultatis cum unanimo consensu et assensu omnium magistrorum ibidem presencium venerabilis vir magister David Monypeny canonicus Moraviensis. Continuatus erat eciam in officio Receptoris magister Robertus Pantre. Et quo ad supplicaciones : magister Johannes Athilmer Prepositus Collegii Sancti Salvatoris supplicavit Facultati quod ex quo erat magne <etatis><sup>1</sup> et non poterat commode interesse in festo Facultatis quod Facultas<sup>2</sup> graciosè dispensaret secum de solucione quote ipsius scilicet trium solidorum, cui suplicationi Facultas annuit etc.

ACTA MAGNE CIRCUMSPECTIONIS VIRI MAGISTRI DAVID MONYPENY DECANI FACULTATIS ARCIUM CANONICI MORAVIENSIS ETC. ANNO DOMINI M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> LXX III<sup>o</sup>.

1473-1474

Nomina Determinancium anno etc. lxxiii<sup>o</sup>*Primus actus in Petagogio*

Robertus Kynner	} phebe <sup>3</sup>
Matheus Pryngyll	
Gawanus Dunbar	
Thomas Spens	
Alexander Lyndissay, pauper	

*Secundus actus in Collegio*

Thomas Kynnarde	} phebe <sup>4</sup>
Ricardus Rollok	
Ybernicus, rector de Kylmor, dominus Johannes Aleyr nominatus	
Adam Willyson	
Johannes Bosweille, cum devenerit ad pinguiolem fortunam	
Edwardus Jhonson, pauper	
Johannes Leychtown	
Jacobus Gybson	}

<sup>1</sup> Added above the line.<sup>2</sup> *Facultatis* in text.

<sup>3</sup> Added in the margin. This word is puzzling. The most likely suggestion is that it derives from the Greek, *ephebos*, a youth about to enter on citizenship—about 17 or 18 years of age (Liddell & Scott, *Greek-English Lexicon*). The word passed into Latin as *ephebus*. I am much indebted to Professor E. P. Dickie for this derivation.

<sup>4</sup> Added in the margin, and slightly clipped in the binding. Perhaps a third *phebe* has been cut away opposite the third bracket.

29 November 1473

Congregacione tenta Facultatis Arcium penultimo <die><sup>1</sup> mensis Novembris. In qua Congregacione dabantur assessores Decano ad dirigendum eum in factis suis et electi erant isti viz. magistri Johannes Lok, Johannes Athilmer Prepositus, Johannes Dolec, Johannes Lyston, Robertus Pantre, Jacobus Quhyt, Alexander Penykuk, cum potestate accipiendi alios in ausencia istorum secundum voluntatem Decani. Ordinatum eciam fuit quod quatuor predictorum assessorum audierint computum magistri Roberti Pantre Bursarii Facultatis. Ordinatum eciam erat quod communis ortus Petagogii conservaretur ad commodum Facultatis et magistrorum eiusdem, et ista erant conclusa. Recepti eciam erant ad Facultatem magistri Johannes Fresall et Duncanus Catness qui prestiterunt iuramentum solitum in manu Decani, etc. g.c.<sup>2</sup>

24 December 1473

Congregacione <sup>3</sup>Facultatis Arcium tenta xxiiii<sup>o</sup> die mensis fol. 71<sup>r</sup> Decembris<sup>4</sup> anno<sup>5</sup> quo supra. In qua Congregacione juxta proposita per Decanum in eadem, Facultas pro reformatione quarundam conclusionum antiquarum concernencium magistros regentes et scolares dicte Facultatis <et><sup>6</sup> pro executione earundem nominavit certos deputatos ad assistendum Decano pro observatione dictarum conclusionum. Insuper Georgeus Colly tunc Bedellus dicte Facultatis officium suum pure et simpliciter dimisit in facie dicte Facultatis et resignavit. Qua resignacione sic facta idem Georgeus supplicavit ut eadem Facultas de bursis et aliis ordinariis et extraordinariis expensis pro suis laboribus preteritis

<sup>1</sup> Added above the line.

<sup>2</sup> g.c. : apparently the initials of the writer, probably George Colly, the Beadle.

<sup>3</sup> The first part of this minute seems to be still in the hand of George Colly.

<sup>4</sup> *Decembris* in text.

<sup>5</sup> *anni* in text.

<sup>6</sup> Added above the line.

temporibus factis in dicta Facultate misericorditer secum dispensaret et indulgeret. Qua supplicatione sic facta Facultas mature avisata deliberavit sane concorditer nemini contradicenti ipsum Georgeum sententialiter exoneratum de predictis pecuniarum summis dicte Facultati spectantibus usque ad pinguiorem fortunam dicti Georgii. Insuper Facultas elegit in bedellum concorditer nemini contradicenti Johannem Bosweill, qui juratus in facie Facultatis ad dictum officium illud per receptionem virge de manibus predecessoris sui illud sponte recepit. Post cuius receptionem dictus Georgeus predecessor suus genibus<sup>1</sup> flexis in dicta Congregatione a Vice-cancellario<sup>2</sup> licenciam in artibus decenter ut moris <est><sup>3</sup> coram multitudine magistrorum ibi congregatorum humiliter recepit cum solempnitate ut moris est. Insuper in dicta Congregatione magistri ordinarunt quod antique conclusiones<sup>4</sup> circa lecturas regencium scolaribus legendo<sup>5</sup> ad calamum servarentur<sup>6</sup> et quod statuta Facultatis per unum magistrum legerentur scolaribus et regentibus ad finem quod tam magistri regentes quam scolares inviolabiliter futuris temporibus dictas conclusiones observent.

## 2 March 1473-74

fol. 71v

Congregatione<sup>7</sup> Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem 2<sup>o</sup> die mensis Marcii anno ut supra. In qua presentati erant aliqui intrantes pro licencia in artibus per regentes Decano et Facultati. Quibus admissis Facultas elegit temptatores infrascriptos ad examinandum dictos

<sup>1</sup> Altered from *janibus*.

<sup>2</sup> The Chancellor, Bishop Graham, had gone to Rome, and on 12 August 1472 the Pope erected St Andrews into an archiepiscopal and metropolitan see (Theiner, *Monumenta*, No. 852; *C.P.R.*, xiii, 15). The hostility which this clandestine act raised against Graham in Scotland may have had an adverse influence upon the University. The increasing brevity and professionalism of the *Acta* indicate a decline in academic standards.

<sup>3</sup> Added above the line.

<sup>4</sup> *conclusiones* in text.

<sup>5</sup> There is a cross in the margin opposite this word, as if to draw attention. (See *Statutes*, 32.)

<sup>6</sup> *servaretur* in text.

<sup>7</sup> John Boswell, the new Beadle, takes over here and continues to write under successive Deans.

intranses, videlicet magistrum Johannem Doles, magistrum Hugonem Spens tamquam regentes, magistrum Malcomum Rolok et magistrum Johannem Lochmalony tamquam non regentes. In qua eciam Congregatione Facultas ad supplicationem Regis dispensavit cum Thoma Stewarte ad respondendum post festum Sancti Valentini.

16 April 1474

Congregatione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem decimo sexto die mensis Aprilis<sup>1</sup> anno Domini millesimo etc. septuagesimo quarto. In qua Congregatione Facultas elegit magistrum Jacobum Quhyt et magistrum Johannem Leyrmonth provisores ad festum Sancti Johannis et eciam receptus fuit ad Facultatem Johannes Howburn.

30 June 1474

Congregatione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem ultimo die mensis Junii anno etc. septuagesimo 4<sup>o</sup>. In qua Congregatione electi erant temptatores in examinatores ad examinandum temptatos dicti anni, videlicet magistri Johannes Doles, Malcomus Rollok, Hugo Spens, Johannes Lochmalony, et dispensatum fuit a Facultate cum existentibus in cameris ut licenciarentur ante tempus ordinatum in statutis dummodo ipsi contribuerent certam summam fabricæ Facultatis.<sup>2</sup>

1474

Nomina Licenciatorum anno Domini m<sup>o</sup> cccc<sup>o</sup> fol. 72<sup>r</sup>  
septuagesimo quarto etc.

Thomas Flemyng, magister	Alexander Otterburn
Hugo Doglass, magister	Johannes Mychelson, magister
David Lyon, magister	Johannes Maisteron
Ricardus Cogburn, magister	Dominus Willelmus Kede, magister
David Logan, magister	Andreas Marchel, magister
David Ramsay	Johannes Hoburn, magister
Johannes Digwaill, magister	Hugo Tullo
David Pitcaryn	Adam Wilzamsen, magister
Thomas Stewart, magister	Dominus Thomas Castaris, magister
Nevinus Makmulron, magister	Alexander Redy, magister

<sup>1</sup> *Aperilis* in text.

<sup>2</sup> The Bursar's accounts for 1475 mention repairs to the fabric (fol. 7<sup>v</sup>).

10 October 1474

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem decimo die mensis Octobris anno Domini ut supra. In qua Congregacione electus erat magister Jacobus Scot pro Quodlibetario dicti anni. Et in eadem Congregacione recepti erant certi studentes jurati et admissi ad determinandum. Insuper regentes elegerunt certos libros ad legendum studentibus pro forma.

[ROBERT KEITH, *Dean*]

3 November 1474

fol. 72<sup>v</sup>

Congregacione Facultatis Arcium in novis scolis eiusdem tenta 3<sup>o</sup> die Novembris anno Domini ut supra. In qua Congregacione elegerunt magnificum<sup>1</sup> virum magistrum Robertum Ketht rectorem eiusdem ac de Kynnyttyll<sup>2</sup> in decanum dicte Facultatis et continuaverunt magistrum Robertum Panthre in officio bursarii. Et elegerunt certos assessores Decano et ad audiendum computum dicti Bursarii, videlicet magistrum Johannem Lok tunc Rectorem dicte Universitatis, magistrum Jacobum Ogilwy Prepositum Collegii Sancti Salvatoris, magistrum Hugonem Doglas, magistrum Johannem Logan, magistrum David Monypenny, magistrum Johannem Lyston, magistrum Johannem Abbernethy, magistrum Gilbertum Kennydy, magistrum Robertum Panthre et magistrum Johannem Doless. Et in eadem Congregacione electus erat magister Johannes Lok tunc Rector Universitatis<sup>3</sup> ad procurandum libros dicte Facultati.

<sup>1</sup> *magnificum* in text.<sup>2</sup> Kinnettles, near Forfar.<sup>3</sup> Lok, as Rector, is said to have been an enemy of Graham and an associate of Schevez (*Archbishops*, i, 78-9).

1474-1475

Nomina Determinantium anno etc. septuagesimo quarto

*Primus actus in Collegio*

David Guthre  
 Malcolmus Guthre  
 Dominus Henricus Halys  
 Johannes Guthre  
 Archibaldus Lame  
 Thomas Richartson

*Tertius actus in Petagogio*

Georgius Cant	} phebe
Edwardus Cunyngaym	
[Walter] <sup>1</sup> Lame	} phebe
[William] <sup>2</sup> Thronynton	
Willelmus Angucie	
Johannes Ysak	

*Secundus actus in Collegio*

Ricardus Straton  
 Henricus Lewynstown  
 Patricius Straton  
 Patricius Crawford  
 Gilbertus Lang  
 Johannes Gardner

*Quartus actus in Collegio*

Thomas<sup>3</sup> Foret  
 Willelmus Strang  
 Georgius Lytstar  
 Johannes Scot  
 Andreas Ruat  
 Gilbertus Kynnarde

13 February 1474-75

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis fol. 73<sup>r</sup>  
 eiusdem decimo tercio die mensis Februarii anno quo supra.  
 In qua presentati erant aliqui intrantes pro licencia in  
 artibus per regentes Decano et Facultati. Quibus admissis  
 Facultas elegit temptatores infra scriptos ad examinandum  
 dictos intrantes, videlicet magistrum Jacobum Scot, magi-  
 strum Alexandrum Butlar, magistrum Hugonem Spens et  
 magistrum Patricium Symson. Insuper ordinatum erat in  
 eadem Congregacione quod conclusio super restrictione  
 expensarum circa festa haberet vim statuti deinceps.

6 April 1475

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis  
 eiusdem sexto die mensis Aprilis<sup>3</sup> anno etc. septuagesimo  
 quinto. In qua Congregacione Facultas elegit magistros  
 Henricum Weyr et Henricum Meldrowm provisores ad  
 festum Sancti Johannis Ewangeliste.

20 May 1475

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis  
 eiusdem vicesimo die mensis Maii anno ut supra. In qua

<sup>1</sup> Name taken from licentiate lists, pp. 198, 214.<sup>2</sup> It should be *Jacobus* (cf. below, pp. 198, 217). <sup>3</sup> *Aperilis* in text.

quidem Congregatione electi erant temptatores in examinatores. Insuper ordinatum erat quod conclusio sive statutum de restrictione expensarum circa festa poneretur inter juramenta et quod determinantes et licenciati essent astricti juramento ad observandum dictam conclusionem sive dictum statutum.

1475

Nomina Licenciatorum anno etc. septuagesimo quinto

Gawinus Dunbar, magister  
 Johannes Lychton  
 Matheus Pryngyl  
 Dominus Johannes Alwart  
 Ricardus Rollok  
 Thomas Kynnarde  
 David Lyndyssay

Dominus Jacobus Brown, pauper  
 Dominus Johannes Alexandri,  
 pauper  
 Johannes Dure  
 Wilelmus Zong, magister  
 David Bardnar, pauper

3 October 1475

Congregatione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem 3<sup>o</sup> die mensis Octobris anno ut supra. In qua Congregatione electus erat magister Hugo Spens pro Quodlibetario dicti anni. Et in eadem Congregatione recepti erant certi studentes jurati et admissi ad determinandum. Insuper regentes elegerunt certos libros ad legendum studentibus pro forma.

[JOHN DOLES, *Dean*]

3 November 1475

fol. 73<sup>v</sup>

Congregatione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem 3<sup>o</sup> die mensis Novembris pro electione novi Decani. In qua Congregatione elegerunt in decanum discretum virum magistrum Johannem Doles. Insuper dabant ei assessores ad avisandum singula concernencia commodum Facultatis discretos viros et magistros, viz. magistrum Robertum Ketht tunc Rectorem Universitatis, magistrum Johannem Lok, magistrum Johannem Liston, magistrum David Monypenny, magistrum Alexandrum Pennycuk, magistrum Johannem Logan rectorem de Restauryk, magistrum Patricium Symson, magistrum Willelmum Cube, cum potestate convocandi alios.

## 1475-1476

## Nomina Determinantium anni septuagesimi quinti

*Primus actus*

Robertus Bosuel, temptatus, solvit  
 Walterus Smaw, temptatus, solvit  
 Johannes Fleschar, temptatus, pauper<sup>1</sup>  
 Walterus Brown, temptatus, pauper  
 [ ] Cuykstown, temptatus, pauper  
 Willelmus Forsyth, temptatus, pauper

*Secundus actus*

Willelmus Olyphant, temptatus, solvit  
 Willelmus Dempstar, temptatus, solvit  
 Dominus Henricus Clerk, temptatus, solvit  
 Walterus Gudlad, temptatus, solvit  
 Nicholaus Grenlaw, temptatus, solvit<sup>1</sup>  
 Thomas Nudry, temptatus, pauper

*Tertius actus*

Alexander Stewart, temptatus, solvit  
 David Abbircrumme, temptatus, solvit

Robertus Strang, temptatus, solvit  
 Jacobus Innys, pauper  
 [ ] Henryson, pauper  
 Willelmus Stirlyng, pauper

*Quartus actus*

Jacobus Forbes, temptatus, solvit  
 Willelmus Wederburn, temptatus, solvit  
 Jacobus Akynhed, temptatus, pauper<sup>1</sup>  
 Kennicus Suderland, temptatus, pauper  
 Walterus Scaw, temptatus, pauper  
 Andreas Busat, temptatus, pauper

*Quintus actus*

David Hay, temptatus, solvit  
 David Maffan, temptatus, promisit<sup>1</sup>

*Sextus actus*

Willelmus Mude, temptatus, solvit  
 David Patonson, debet  
 Patricius Elder, temptatus, pauper  
 Willelmus Logy, temptatus, pauper

## 4 March 1475-76

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis fol. 74<sup>r</sup>  
 eiusdem quarto die mensis Marcii anno Domini millesimo  
 quadringentesimo septuagesimo sexto.<sup>2</sup> In qua Congre-  
 gacione presentati erant aliqui intrantes Decano et Facultati  
 Arcium pro licencia in artibus. Quibus receptis et admissis<sup>3</sup>  
 ad temptamen Facultas elegit certos temptatores viz.  
 magistros Patricium Symson et Duncanum Katness  
 tanquam regentes et Hugonem Duglas et Willelmum  
 Couper ad temptandum dictos presentatos.

## 3 April 1476

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis  
 eiusdem tercio die mensis Aprilis anno ut supra. In qua

<sup>1</sup> In the case of these four names the text appears to have been altered to *non temptatus*.

<sup>2</sup> i.e. 1475-76.

<sup>3</sup> *amissis* in text.

Congregacione elegerunt magistri Facultatis magistros Vilelmum Cubby et Andream Dalaquhy in provisos ad festum Sancti Johannis Ewangeliste.

8 June 1476

Congregacione tenta Facultatis Arcium in novis scolis eiusdem octavo die mensis Junii anno ut supra. In qua Congregacione electi erant temptatores in examinatores ad examinandum dictos presentatos in cameris. Insuper conclusum <fuit><sup>1</sup> nullo contradicente quod de cetero jurarent licenciandi<sup>2</sup> in artibus quod reciperent gradum magisterii in Universitate Sanctiandree infra quadraginta dies post diem limitatum eiis a Facultate post actum licencie nisi dispensetur cum eis.

10 August 1476

Congregacione Facultatis Arcium<sup>3</sup> tenta in novis scolis eiusdem decimo die mensis Augusti<sup>4</sup> anno ut supra. In qua Congregacione dispensatum erat cum aliquibus licenciatis super juramento antedicto prestito usque post festum Sancti Martini<sup>5</sup>.

1475-1476

Nomina Licenciatorum anni septuagesimi sexti

M. <sup>6</sup> Johannes Edmanstoun, solvit	M. Gylbertus Layng, solvit
Jacobus Graym, solvit	M. Archbaldus Lam
M. David Guthre, solvit	Adam Scot
M. Malcolmus Guthrie, solvit	M. Robertus Buttercas
M. Edwardus Cunyngaym, solvit	M. dominus Jacobus Paterson
M. Patricius Craffurde, solvit	M. Thomas Richartson
M. Robertus Kynner, solvit	
M. Johannes Guthre, solvit	<Universitas non exonerat Bursarium de bursa ad idem quo ad
M. Georgeus Litstar, solvit	Patonson> <sup>7</sup>
M. dominus Henricus Halys, solvit	

<sup>1</sup> Added above the line. Altered from *fuertit*.

<sup>2</sup> *lecenciandi* in text.

<sup>3</sup> *Arcium* written twice, and the second (after *scolis*) scored out.

<sup>4</sup> *Augustii* in text.

<sup>5</sup> 11 November.

<sup>6</sup> *M.* added in the margin in all cases.

<sup>7</sup> Added in the margin.

1 October 1476

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis fol. 74<sup>v</sup> eiusdem primo die mensis Octobris anno ut supra. In qua Congregacione electus erat magister Patricius Symson pro Quodlibetario<sup>1</sup> dicti anni. Insuper presentati erant aliqui studentes ad determinandum recepti et jurati. Insuper regentes elegerunt certos libros ad legendum studentibus dicto anno.

[JOHN LOGAN, *Dean*]

4 November 1476

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem quarto die mensis Novembris pro electione novi Decani. In qua Congregacione elegerunt in decanum nobilem et discretum virum magistrum Johannem Logan rectorem de Restauryk. Insuper dabant ei assessores ad avisandum singula concernencia commodum Facultatis discretos viros et magistros viz. magistrum Johannem Lok tunc Rectorem Universitatis Sanctiandree, magistrum Johannem Liston, magistrum David Monypenny, magistrum Andream Martyn, magistrum Robertum Pantre, magistrum Henricum Weir, magistrum Thomam Pottar, cum potestate convocandi alios.

1476-1477

Nomina Determinancium<sup>2</sup> anni septuagesimi sexti

<i>Primus actus</i>	Gilbertus Scharp
Dominus Ricardus Strathaquyn, solvit	Johannes Lyel, pauper
Alexander Lewynton, solvit	<i>Tertius actus</i>
Jacobus Strathaquhyn, solvit	Jacobus Wardlaw, solvit
Willelmus Atkynson, solvit	Alexander Wardlaw, solvit
Willelmus Scugail, pauper	Walterus Ogilwy, solvit
Duncanus Scot, pauper	Andreas Peblys, solvit
	Willelmus Hawdan
<i>Secundus actus</i>	<i>Quartus actus</i>
Dominus Stephanus Crychton, solvit	Georgius Napeyr, solvit
Archibaldus Cranstoun, solvit	Andreas Fleschar
David Gardyn, pauper	
Johannes Scot	

<sup>1</sup> *Quodlibetario* in text.

<sup>2</sup> The letter *t* (for *temptatus*) is prefixed to all the names in this list with the exception of Gilbert Scharp and William Hawdan.

26 February 1476-77

fol. 75<sup>r</sup>

Congregacione<sup>1</sup> Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem vicesimo sexto die mensis Februarii anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto. In qua Congregacione presentati erant aliqui intrantes Decano et Facultati Arcium pro licencia in artibus. Quibus receptis et admissis ad temptamen Facultas elegit certos temptatores viz. magistros Johannem Doles et Jacobum Brown tanquam regentes et Gawinum Dunbar et Thomam Makylynnoquhy tanquam non regentes ad temptandum dictos presentatos. Insuper in eadem Congregacione dispensatum erat cum magistro David Guthre pro lectura et cum fratre eius magistro Malcomο dummodo ipsi satisfacerent Facultati de quodam summa taxanda per Decanum et suos assessores.

8 April 1477

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem octavo die mensis Aprilis anno etc. septuagesimo septimo. In qua Congregacione elegerunt magistri Facultatis magistros Wilelmum Blakater et Thomam Makclanoquhy in provisores ad festum Sancti Johannis Ewangeliste.

28 May 1477

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem vicesimo octavo die mensis Maii anno ut supra. In qua Congregacione electi erant temptatores superius nominati examinatores.

1477

fol. 75<sup>v</sup>

## Nomina Licenciatorum anni septuagesimi septimi

M. Robertus Bosuel, dives	Walterus Gudlad, dives
M. Willelmus Dempstar, dives	M. Walterus Browne
Willelmus Mudy, dives	M. Jacobus Akynhed, dives
M. David Abbyrcrumby, dives	M. Johannes Scot, dives
M. Jacobus Patonson, dives	M. Nicholaus Grenlaw, dives
M. Walterus Smaw, dives	M. Thomas Nudry, pauper
M. dominus Henricus Clerk, dives	M. Johannes Esaw, pauper
M. Willelmus Veddyrburne, dives	Willelmus Logy, pauper
M. Willelmus Strang, dives	Johannes Busat, pauper
M. Walterus Lamby, dives	Johannes Fleschar
M. Jacobus Forrat, dives	M. Walterus Skaw

<sup>1</sup> In the initial there are markings which appear to be purely decorative at the head of the folio.

19 August 1477

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis fol. 76<sup>r</sup> eiusdem decimo nono die mensis Augusti anno ut supra. In qua Congregacione conclusum fuit quod aliqui magistri creati dicto anno non reciperentur ad Facultatem sed essent seclusi ab honore et commodo Facultatis quosque satisfacerent et condignam emendam facerent Facultati et temptatoribus dicti anni pro aliquibus birretis dictis temptatoribus datis in actu publico ut ap[p]aruit in derisionem et scandalum et contra statuta et conclusiones dicte Facultatis. In quo actu principalis erat magister Wilelmus Dempstar cum aliquibus aliis cum ipso eodem die creatis. In qua eciam Congregacione conclusum erat quod nulli magistri reciperentur ad gremium Facultatis nisi prius satisfacerent Bedello de cota<sup>1</sup> sua.

3 October 1477

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem tercio die mensis Octobris anno ut supra. In qua Congregacione elegerunt magistrum Johannem Lochmalony Quodlibetarium, et recepti erant aliqui determinantes, et regentes elegerunt libros ad legendum, et dispensatum erat cum magistro David Guthre et magistro Malcomio eius fratre dummodo ipsi solverent Facultati tres libras et cum magistro Roberto Bosuel pro duabus marcis pro lectura.

1477-1478

Nomina Determinantium anni septuagesimi septimi

*Primus actus*

Georgius Brekley, solvit  
Andreas Dundass, solvit  
Robertus Prestoune, solvit  
Jacobus Burne, pauper  
Andreas Butour, pauper  
Ni[cholas?] Patonson, pauper

*Secundus actus*

Willelmus Dunbar, solvit  
Georgius Jhonstown, solvit  
Donaldus Gray, pauper

*Tertius actus*

Johannes Haburne, solvit  
Robertus Betone, solvit  
Willelmus Pelyss, solvit  
Willelmus Stabil, pauper

*Quartus actus*

Henricus Carmychel, solvit  
Georgius Crychtone, solvit  
Willelmus Ramsay, solvit  
Walterus Guthre, pauper  
Johannes Logy, pauper

<sup>1</sup> cota : quota.

fol. 76<sup>v</sup>

ACTA VENERABILIS VIRI MAGISTRI JOHANNIS LYSTON LICENCIATI IN THEOLOGIA ET CANONICI COLLEGII SANCTI SALVATORIS.

3 November 1477

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem tercio die mensis Novembris anno Domini m<sup>o</sup> cccc<sup>mo</sup> lxx<sup>mo</sup> vii<sup>mo</sup>. In qua quidem Congregacione electus <fuit><sup>1</sup> in decanum Facultatis venerabilis vir magister Johannes Lyston<sup>2</sup> canonicus Collegii Sancti Salvatoris et continuatus in officium bursarii magister Wilhelmus Cuby. Assessores vero pro anno sequente electi a Facultate et in predicta Congregacione dati Decano predicto fuerunt magister Johannes Lok Rector Universitatis, magister David Monypenny, magister Robertus Ketht, magister Robertus Pantre, magister Henricus Veyr, magister Thomas Potter, magister Johannes Dolas, magister Jacobus<sup>3</sup> Quhit, magister Donaldus Herys. Et quantum ad supplicationes supplicavit magister Vilhellmus Demp[s]ter ut reciperetur<sup>4</sup> graciose a Facultate et humiliter se obtulit emendare Facultati et temptatoribus quicquid commisit in suo actu magisterii. Ubi Facultas mature avisata ipsius humilitate pensata graciose eum recepit.

9 February 1477-78

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem nono die Februarii anno quo supra. In qua presentati erant aliqui intrantes pro licencia in artibus Decano et Facultati per regentes eiusdem. Quibus admissis Facultas elegit temptatores ad dictos intrantes temptandos viz. magistrum Johannem Lochmalony, magistrum Patricium Symson, magistrum David Gardyn, magistrum Andream Dalloqwe. Quos temptatores Decanus Facultatis pro hoc anno conclusit et jurare fecit in presencia

<sup>1</sup> Added above the line.

<sup>2</sup> This and the following *Acta* up to and including 7 May 1478 have been written by Lyston himself. The writing resembles that of his signature, above, p. 136.

<sup>3</sup> *Jocabus* in text.

<sup>4</sup> *receperetur* in text.

Facultatis fideliter hoc officium exercere juxta statuta desuper a dicta Facultate condita.

16 April 1478

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem<sup>1</sup> decimo sexto die mensis Aprilis anno quo supra. In qua quidem Congregacione Facultas elegit magistrum David Broun, magistrum Andream Dallaqwe in provisores erga festum Beati Johannis. <In qua Congregacione etiam recepti erant novelli magistri Recardus Strawchyn, magister Jacobus Strauchtyn, magister David Gardyn.><sup>2</sup>

7 May 1478

Congregacione<sup>3</sup> Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem vii die Mayii viz. in crastino Beati Johannis Ewangeliste. In qua quidem Congregacione fuerunt aliqua proposita per Decanum que die precedente<sup>4</sup> avisata erant pro commodo et utilitate et bono regimine dicte Facultatis. fol. 77r

Primum<sup>5</sup> viz. quantum ad debita que Facultati debentur, conclusum est quod Decanus dabit nomina debencium pro lecturis et aliis debitis Bursario annuatim, et idem Bursarius impetrabit pro residentibus<sup>6</sup> in Universitate litteras Rectoris et pro non residentibus<sup>7</sup> litteras Conservatoris et faciet execucionem fieri dictarum litterarum expensis Facultatis et reddet de receptis computum annuatim Decano et Facultati et nomina solvencium, similiter debencium.<sup>8</sup>

Secundum est quantum ad reporturam et lecturam textus Aristotelis. Conclusum est quod fiat executio statuti desuper confecti per Decanum qui pro tempore fuerit ad rigorem et absque dissimulacione, et quod determinantes nec intrantes deinceps admittantur nisi prius visis eorum reporturis in logica et in phisica per Decanum et aliquos deputatos.<sup>9</sup>

<sup>1</sup> Twice written and the first scored out.

<sup>2</sup> This sentence has been cancelled.

<sup>3</sup> A hand in the margin points to this minute.

<sup>4</sup> *presedente* in text.

<sup>5</sup> The paragraphs are also numbered in the margin.

<sup>6</sup> *recidentibus* in text.

<sup>7</sup> *recedentibus* in text.

<sup>8</sup> The end of this word is cut off in the margin.

<sup>9</sup> *debutatos* in text.

Tercium est quantum ad tempus graduandorum. Conclusum est quod deinceps stent ad quatuor annos absque dispensacione et quod non absentent se in anno ultra mensem, quod si ultra se absentarunt non eiis stabit pro uno anno de dictis quatuor.

Quartum est quantum ad expensas inutiles. Conclusum [est] quod statutum de festis fiendis observetur de novo conceptum et deinceps Facultas stricte inhibebit<sup>1</sup> expensas fieri in propinis et collacionibus sumptuosis temptatoribus seu examinadoribus per intrantes sub pena juramenti tam in magistris quam in intrantibus.

Quintum est quantum ad solemnitates consuetas in Universitate.<sup>2</sup> Conclusum est pro unione et caritate conservanda inter diversa loca quod Collegium Sancti Salvatoris habeat suam solempnitatem in festo Epiphanie<sup>3</sup> in honorem Sancti Salvatoris in cuius honore est locus ille dedicatus, et quod Petagogium et eciam cetera loca dicte Facultatis pro illo die dicto Collegio assistent cum suis magistris et studentibus dantes suas presencias in missa in vesperis in processione et aliis ceremoniis eiusdem festi prout fuit ab antiquo in dicta Universitate. Similiter quod Petagogium habeat suam solempnitatem in festo Beati Johannis Ewangeliste in cuius honore est locus ille fundatus et quod dictum Collegium et cetera loca alia dicte Universitatis assistent in singulis ceremoniis illius festi ut dictum est supra, nec presumat aliquis vices alterius capere sub pena iniungenda a Facultate.

Sexto quantum ad cappas Facultatis. Conclusum est quod nulli magistri habentes cappas dent mutuo aliis graduandis sub pena deprivationis ab honore Facultatis et confiscationes cappe Facultati.

1478

## Nomina Licenciatorum anni septuagesimi octavi

M. dominus Ricardus Strazaquhyn	Willelmus Atkynson
M. dominus Stephanus Crechtone	M. David Gardyne
Georgius Naper	M. Jacobus Strazaquhyne
Archibaldus Crenstone	Robertus Strang
Henricus Lewynstone	Dominus Johannes Lyel

<sup>1</sup> *inhibit* in text.<sup>2</sup> See *Statutes*, 31.<sup>3</sup> *Epephane* in text.

26 May 1478

Congregacione<sup>1</sup> Facultatis Arcium tenta in novis scolis fol. 77<sup>v</sup> eiusdem xxvi die mensis Mayi anno Domini m<sup>mo</sup> cccc<sup>mo</sup> lxx<sup>mo</sup> viii<sup>o</sup>. In qua quidem Congregacione conquestus est venerabilis vir magister Johannes Lok Rector Universitatis ac Vicecancellarius<sup>2</sup> Decano et Facultati de uno baculario dicto Duncan Scot,<sup>3</sup> qui recusavit gradum licencie in dicta Facultate, non obstante quod idem Duncanus erat re-futatus per temptatores eiusdem anni receptus tamen et vocatus per gratiam eiusdem Vicecancellarii. Quo audito et eiusdem Duncanus contemptu pensato Facultas mature avisata decrevit et deliberavit eundem Duncanum ob contemptum Vicecancellarii et Facultatis resecandum fore, et pro perpetuo a gremio dicte Facultatis resecavit in<sup>4</sup> penam peccati et preteritorum malefactorum suorum et in exemplum futurorum superveniencium.

6 October 1478

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem vi<sup>to</sup> die mensis Octobris anno quo supra. In qua Congregacione elegerunt magistri Facultatis magistrum Jacobum Broun in quodlibetarium, ubi etiam recepti erant aliqui determinantes pro anno currente. Recepti<sup>5</sup> etiam erant duo regentes in Collegio viz. magister Vilhelmus Zong et magister Valterus Broun et jurati in facie Facultatis fideliter<sup>6</sup> officium exercere juxta statuta desuper condita, et etiam recepti erant ad gremium Facultatis magister Henricus Lewynston, magister Valterus Broun et magister Johannes Lyall.<sup>7</sup>

<sup>1</sup> A hand in the margin draws attention to this minute. The minutes are no longer in the hand of the Dean.

<sup>2</sup> Lok is now Vice-Chancellor for Archbishop Schevez, who had been appointed coadjutor to Graham on 13 September 1476, and Archbishop on 11 February 1477-78 (*Scottish Benefices*, 72-3).

<sup>3</sup> See above, p. 197.

<sup>4</sup> *im* in text.

<sup>5</sup> A hand in the margin points to this section.

<sup>6</sup> *fedeliter* in text.

<sup>7</sup> Livingstone and Lyall were licentiates of 1478, and it is noteworthy that neither of them is there designated Master.

ACTA VENERABILIS VIRI MAGISTRI ROBERTI BOSUEL RECTORIS  
DE AUCHIRDERAY.

3 November 1478

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem tercię die Novembris anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo. In qua quidem Congregatione elegerunt<sup>1</sup> in decanum nobilem virum magistrum Robertum Boswel rectorem de Auchirderay<sup>2</sup> et continuatus erat magister Willelmus Cube in officio bursarii. Et dati erant Decano assessores inferius nominati videlicet magister Johannes Lok tunc Rector Universitatis, magister David Monypenny, magister Alexander Pennycuk, magister Johannes Listone, magister Henricus Weir, magister Johannes Doless, magister Jacobus Quyt, magister David Gardyn, cum potestate convocandi alios.

1478-1479

Nomina Determinancium anni septuagesimi octavi

*Primus actus*

Thomas Bailze, solvit  
Dominus Hugo Martyne, solvit  
Johannes Hery, solvit  
Johannes Brade, solvit  
Georgius Wynchestyr  
Nicholaus Gudlade

Johannes Seget, solvit  
Dominus Robertus Davison  
Adam Henysley

*Tertius actus*

Hugo Ross, solvit  
Henricus Balfour, solvit  
Alexander Symson, solvit  
Johannes Kynynnmont  
Georgius Brown  
Dominus Walterus Leich

*Secundus [actus]*

Alexander Touris, solvit  
Gilbertus Hawding, solvit  
Willelmus Coldane, solvit

1 March 1478-79

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem primo die Marcii anno etc. septuagesimo octavo. In qua Congregatione Facultas elegit magistros infra-scriptos in temptatores videlicet magistros Johannem Doless, Willelmum Cowper tanquam regentes, Alexandrum Butlar, Jacobum Quhyt tanquam non regentes, ad examinandum intrantes dicti anni presentatos et admissos per

<sup>1</sup> *eligerunt* in text.

<sup>2</sup> Auchterderran, in Fife.

Facultatem. Quos temptatores Decanus Facultatis pro hoc anno conclusit et jurare fecit in presencia Facultatis fideliter hoc officium exercere juxta statuta desuper a dicta Facultate condita.

20 March 1478-79

Congregacione Facultatis <Arcium><sup>1</sup> tenta in novis scolis fol. 78<sup>v</sup> eiusdem vicesimo die mensis Marcii anno quo supra. In qua Congregacione supplicatum erat per magistrum Jacobum Brown pro quodam determinante vocato David Herwy, quod Facultas vellet dispensare gracie cum eo de responsionibus tempore Quadragesimali et cum aliquibus aliis determinantibus qui detinebantur in infirmitate. In qua Congregacione dispensatum erat cum dictis determinantibus quod responderent in una septimana tociens quociens tenebantur respondere ante festum Pasche.<sup>2</sup> Insuper eciam conclusum fuerat quod Bursarius congregaret lapides ad faciendum unam foveam circa ortum Facultatis Arcium et edificaret dictam foveam expensis Facultatis.

4 April 1479

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem quarto die mensis Aprilis anno etc. septuagesimo nono. In qua Congregacione elegerunt magistri Facultatis magistros Johannem Dulady et Wilelmum Cowper in provisores ad festum Sancti Johannis Ewangeliste.

7 May 1479

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem in crastino Beati Johannis Ewangeliste. In qua quidem Congregacione electi erant ad audiendum compositum seniscallorum dicti festi magistri Henricus Were, Johannes Doles, Jacobus Quyt et Willelmus Cube. Insuper

<sup>1</sup> Added above the line. The word *tenta* has been twice written, and the first (before *Facultatis*) scored out.

<sup>2</sup> Easter Day fell on 11 April in 1479. There is a small cross in the margin opposite this sentence; and another opposite the following sentence.

in eadem Congregacione conclusum erat quod Decanus iniungeret regentibus<sup>1</sup> ad legendum textum Aristotelis secundum formam habitam in statutis et similiter quod legerent reporturam studentibus et quod studentes antequam presentantur<sup>2</sup> stent ad quatuor annos et quod non essent vagabundi neque de die neque de nocte, et hoc regentes faciant sub pena iuramenti Facultati prestiti.

1479

fol. 79<sup>r</sup>

## Nomina Licenciatorum anni septuagesimi noni

M. Johannes Hepburn, prior ecclesie metropolitanae Sancti Andree <sup>3</sup>	M. Georgius Jonston M. Henricus Carmichael M. Georgius Crechton M. Robertus Preston Alexander Lewynton M. dominus Jacobus Burn
M. Georgeus Breclay M. Robertus Beton M. Willelmus Dunbar	

1 October 1479

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem primo die mensis Octobris anno ut supra. In qua Congregacione electus erat magister Wilelmus Cowper<sup>4</sup> pro Quodlibetario dicti anni. Insuper presentati erant aliqui studentes ad determinandum recepti et jurati. Insuper etiam regentes elegerunt certos libros ad legendum studentibus Facultatis dicto anno.

fol. 79<sup>v</sup>

## ACTA VENERABILIS VIRI MAGISTRI JOHANNIS FRESSEL.

3 November 1479

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem tercio die mensis Octobris<sup>5</sup> anno Domini millesimo etc. septuagesimo nono. In qua Congregacione elegerunt

<sup>1</sup> Altered from *studentibus*.

<sup>2</sup> Originally written *antequam graduantur*.

<sup>3</sup> *Sanctiandree* written twice, and the first (before *ecclesie*) scored out. John Hepburn was not provided by the Pope to the Priory until April 1483, when he was the royal nominee in a disputed election (*Scottish Benefices*, 206-7). This note must have been added later.

<sup>4</sup> He was an agent in Rome in 1486 in the controversy over St. Andrews Priory (*Scottish Benefices*, 216).

<sup>5</sup> 3 November was the statutory date. Probably a clerical error.

discretum virum magistrum Johannem Fresel in decanum et magistrum Jacobum Quyt Bursarium. Et dati erant ei assessores inferius nominati videlicet magister Robertus Boswel tunc Rector<sup>1</sup> Universitatis, magister Willelmus Blakater, magister David Meldrum officialis Sanctiandree principalis, magister Johannes Listone Prepositus Collegii Sancti Salvatoris,<sup>2</sup> magister David Monypenny, magister Henricus Weir, magister Hugo Spens, magister Johannes Doles, magister Patricius Symson, magister Thomas Potar.

1479-1480

Nomina Determinancium anno Domini etc.  
septuagesimo nono

*Primus actus in Collegio*

Adam Gordon, solvit  
Hugo Giffart, solvit  
Gilbertus Dalaquhy, solvit  
Johannes Andree, pauper  
Johannes Skaithmur, solvit  
Dominus Robertus Mason, pauper

Walterus Muncreif, solvit  
Thomas Urquhart, pauper  
Johannes Kay, pauper

*Tertius actus in Pedagogio*

*Secundus actus in Pedagogio*

Willelmus Scot, solvit  
Alexander Scot, solvit

David Spens, solvit  
Gavinus Foret, solvit  
Willelmus Atkynson, solvit  
David Lame, pauper  
Leonardus Logy, pauper

21 February 1479-80

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem vicesima prima die mensis Februarii anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono. In qua quidem Congregacione elegerunt<sup>3</sup> in temptatores discretos viros magistros Hugonem Spens, Patricium Symson, Gavinum de Dunbar, David Gardyn. Insuper supplicatum erat Facultati quod velit dispensare cum magistro Roberto

<sup>1</sup> Robert Boswell, while Dean of the Faculty of Arts, was elected Rector on 10 May 1479, on the death of John Lock (*Acta Rectorum*, i, 5).

<sup>2</sup> He had succeeded on the resignation of James Ogilvie at Rome (*Scottish Benefices*, 195). Ogilvie's journey may have been connected with the succession to the archbishopric on the deposition of Graham, and with an effort to recover the exemption of the College from the jurisdiction of the Archbishop. Kennedy had granted exemption and Graham had obtained revocation of this privilege.

<sup>3</sup> *eligerunt* in text.

Erskyn pro lectura et Facultas annuit supplicacioni dummodo contribueret Facultati viginti solidos.

26 March 1480

fol. 80<sup>r</sup>

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem vicesimo sexto die mensis Marcii anno Domini millesimo etc. octuagesimo. In qua Congregacione elegerunt<sup>1</sup> provisos ad festum Sancti Johannis Ewangeliste videlicet magistros Johannem Doles et Jacobum Quyt. Insuper in eadem Congregacione supplicavit magister Johannes Fresel tunc Decanus quod lectura sua in jure canonico reputaretur ei pro lectura ad quam fuit obligatus Facultati Arcium et Facultas annuit supplicacioni. Eciam supplicatum erat pro parte magistri Andree Daloquhy quod Facultas velit graciose dispensare cum eo pro lectura sua. Et eciam supplicatum fuit pro parte magistri<sup>2</sup> Alexandri Lewyntone quia supervenerunt alique littere supremi domini nostri Regis et domini nostri Archiepiscopi ad graciose dispensandum cum eo, et Facultas annuit dictis supplicationibus.

[HENRY WEIR, *Dean*]

14 April 1480

Congregacione Facultatis [Arcium] tenta<sup>3</sup> in novis [scolis] eiusdem decimo quarto die mensis Aprilis anno Domini etc. octuagesimo. In qua Congregacione Facultas congregavit se quia Decanus prius electus visitavit Curiam Romanam propter certas rationabiles causas.<sup>4</sup> In qua Congregacione Facultas elegit discretum virum magistrum Henricum Weir in decanum et dati erant ei assessores electi tempore sui predecessoris. Insuper supplicavit magister Henricus Carmychel quod Facultas vellet dispensare secum pro

<sup>1</sup> *eligerunt* in text.

<sup>2</sup> He is not designated *magister* in the list of licentiates.

<sup>3</sup> *tenta*, written twice, and the first scored out.

<sup>4</sup> He was involved in important and intricate transactions affecting the Archbishop and the College of St. Salvator. See references in *Scottish Benefices* and *Archbishops*.

lectura et annuit Facultas supplicationi dummodo contribueret Facultati xx<sup>tl</sup> solidos.

12 May 1480

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem duodecimo<sup>1</sup> die mensis Maii anno etc. octuagesimo. In qua Congregacione Facultas elegit discretos viros et magistros ad audiendum computum seniscallorum festi Beati Johannis Ewangeliste videlicet magistros Johannem Listone, Robertum Pantre, Thomam Potar et Johannem Edmundstone.

1480

Nomina Licenciatorum anno Domini etc. octuagesimo

M. Thomas Bailze, solvit  
 Jacobus Wardlaw, solvit  
 M. Hugo Ross, solvit  
 M. Hugo Martyn, solvit  
 M. Johannes Brady

M. David Herwy, solvit  
 A[ ]<sup>2</sup> Ramsay, solvit  
 M. Johannes Seget, solvit  
 G[eorge] Browyn, pauper  
 M. Robertus Davison, pauper  
 M. W[alterus] Lech, pauper

2 October 1480

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis fol. 80<sup>v</sup> eiusdem secundo die mensis Octobris anno ut supra. In qua Congregacione electus erat magister Johannes Doles pro Quodlibetario dicti anni. Et insuper data erat potestas Decano ad recipiendum<sup>3</sup> determinantes dicti anni. Insuper etiam regentes elegerunt certos libros ad legendum studentibus dicte Facultatis pro anno futuro.

ACTA MAGNE CIRCUMSPECTIONIS VIRI MAGISTRI DAVID MONY-  
 PENNY DECANI FACULTATIS ARCIUM CANONICI MORAVIENSIS  
 ANNO DOMINI ETC. OCTUAGESIMO.

4 November 1480

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem quarto die mensis Novembris anno quo supra pro

<sup>1</sup> Changed from xx.

<sup>2</sup> Perhaps a mistake for *Willelmus*. See above, p. 199.

<sup>3</sup> *receptiendum* in text.

electione novi decani. In qua Congregacione elegerunt in decanum nobilem et discretum virum magistrum David Monypenny canonicum Moraviensem et in bursarium magistrum Willelmum Cube. Et in eadem Congregacione dati erant Decano assessores inferius nominati videlicet magistri Willelmus Blakater, Prepositus Collegii,<sup>1</sup> David Meldrum, Henricus Weir, Hugo Spens, Johannes Doles, Robertus Panthre, cum potestate convocandi alios in absenciis eorum. Insuper in eadem Congregacione dispensatum fuit cum magistro Roberto Kenner et magistro Adam Wilzamson pro lectura dummodo dicti magistri contribuerent Facultati viginti solidos.

1480-1481

Nomina Determinantium anno Domini etc.  
octuagesimo

*Primus actus in Collegio*

Alexander Ketht, solvit  
Thomas Lesly, solvit  
Joannes Narn, solvit  
David Forbes  
Donaldus Esak  
Willelmus Thomsonsone

Robertus Rany  
Dominus Johannes Anderson  
Nicholaus Quhit  
Johannes de Prima Sede

*Secundus actus in Collegio*

Thomas Guthre  
Ninianus Schoiriswode

*Tertius actus in Collegio*

Dominus Alexander Wawan  
Willelmus Tyre  
Thomas Esplen  
[Johannes] Bryentone

fol. 81

13 *March* 1480-81

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem decimo tercio die mensis Marcii pro electione temptatorum. In qua Congregacione electi erant temptatores magister Hugo Spens, magister Johannes Doles, magister Henricus Cramme et magister Jacobus Quhit. Insuper in eadem Congregacione supplicavit magister Johannes Fresel Rector Universitatis pro tempore Facultati ad dispensandum pro lectura cum magistris Roberto Erskyn<sup>2</sup> et Roberto Cotis et eius supplicacio fuit admissa dummodo solverent Facultati summam debitam, et eciam in eadem Congregacione admissi erant intrantes.

<sup>1</sup> John Liston.

<sup>2</sup> See above, pp. 207-8.

12 *April* 1481

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem duodecimo die mensis Aprilis anno Domini etc. octuagesimo primo ad eligendum provisos ad festum Sancti Johannis Ewangeliste. In qua Congregatione erant electi in provisos magister Hugo Martyne et magister Jacobus Burn.<sup>1</sup>

7 *May* 1481

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem septimo die mensis Maii anno ut supra ad eligendum deputatos ad audiendum compotum provisorum festi Sancti Johannis et Facultas elegit in deputatos ad audiendum dictum compotum magistros Johannem Doles, Thomam Pottar, Jacobum Quhit et Johannem Edmundstown.

13 *May* 1481

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis fol. 81<sup>v</sup> eiusdem decimo tercio die mensis Maii anno ut supra. In qua Congregatione supplicavit magister Johannes Fresel Rector Universitatis Sanctiandree quod Facultas vellet graciose dispensare cum domino Roberto Lorymar et eundem presentare temptatoribus ad temptandum pro licencia in artibus, et Facultas annuit dicte supplicacioni.

19 *June* 1481

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem decimo nono die mensis Junii anno ut supra. In qua Congregatione electi erant temptatores in examinatores. Insuper supplicavit magister Johannes Listone quod Facultas vellet dispensare cum Gilberto Dalochy quod in adventu ipsius temptaretur et reciperetur in cameris et licenciaretur cum aliis intransantibus.<sup>2</sup> Que supplicacio erat admissa.

<sup>1</sup> *Burn* written twice, and the first scored out.

<sup>2</sup> He did not come. He determined in 1479-1480, but his name does not appear again.

1481

Nomina Licenciatorum anno Domini etc.  
octuagesimo primo

M. Adam Gardown, solvit	M. Johannes Andirson, solvit
M. Alexander Towris, solvit	M. Willelmus Atkynson, solvit
M. Willelmus Scot, solvit	Alexander Wilson, solvit
M. David Spens, solvit	Dominus Robertus Mason, pauper
M. Hugo Giffart, solvit	M. Nicholaus Gudlad, pauper
Walterus Muncref, solvit	
Willelmus Cowdan, solvit	
M. dominus Robertus Lorymar, solvit	

1 October 1481

fol. 82<sup>r</sup>

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem primo die mensis Octobris anno ut supra. In qua Congregacione electus erat magister Wilelmus Źong pro Quodlibetario dicti anni. Insuper presentati erant aliqui studentes ad determinandum recepti et jurati. Insuper eciam regentes elegerunt certos libros ad legendum studentibus dicte Facultatis pro anno futuro.

ACTA MAGNE CIRCUMSPECTIONIS VIRI MAGISTRI DAVID MONY-  
PENNY DECANI FACULTATIS ARCIUM CANONICI MORAVIENSIS  
ANNO ETC. OCTUAGESIMO PRIMO.

4 November 1481

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem<sup>1</sup> quarto die mensis Novembris anno quo supra pro electione novi Decani. In qua Congregacione el[e]gerunt in decanum nobilem et discretum virum magistrum David Monypenny canonicum Moraviensem et in bursarium magistrum Thomam Castaris. Et in eadem Congregacione dati erant Decano assessores inferius nominati videlicet magistri Johannes Fresel Rector Universitatis pro tempore, David Meldrum, Prepositus Collegii, Henricus Weir, Hugo Spens, Johannes Doles, Robertus Pantre, cum potestate convocandi alios.

<sup>1</sup> Altered from *Arcium*.

1481-1482

Nomina Determinantium anno Domini etc.  
octuagesimo primo*Primus actus*

Dominus Patricius Boys, solvit  
 Robertus Bailze, solvit  
 Dominus Alexander Broun, solvit  
 Johannes Quyt  
 Johannes Mude  
 Jacobus Smyth

} pauperes

David Hwme, solvit  
 Walterus Kynnarde, solvit  
 Stephanus Scot, solvit  
 Johannes Theutonicus, pauper  
 Johannes Hunter, pauper

*Quintus actus*

*Secundus actus*  
 Dominus Michael Narne, solvit  
 Alexander Reddo, solvit  
 Michael Loch, pauper

Willelmus Abbercrumme, solvit  
 Galterus Makcollo, solvit  
 Dominus Robertus Stewynson

*Tertius actus*

Andreas Forman, solvit

*Sextus actus*

*Quartus actus*  
 Nicholaus Hwme, solvit

Georgeus Crychton, solvit  
 Robertus Lowel, solvit  
 Alexander Moubray, solvit  
 Robertus Ednem  
 Johannes Lyl

25 February 1481-82

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis fol. 82<sup>v</sup>  
 eiusdem feria secunda prime ebdomade Quadragesime pro  
 electione temptatorum. In qua Congregacione elegerunt  
 temptatores magistros Willielmum Cowper, Willielmum  
 3ong, Georgeum Jhonston et David Abbercrumme.

10 April 1482

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis  
 eiusdem decimo die mensis Aprilis. In qua Congregacione  
 elegerunt in provisores pro festo Sancti Johannis Ewange-  
 liste magistrum Thomam Castaris et magistrum Jacobum  
 Burn.

c. May-June 1482

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis  
 eiusdem ad eligendum examinatores in cameris. In qua  
 Congregacione continuati erant temptatores in examina-  
 tores. Item Facultas dispensavit pro lectura cum magistro  
 Johanne Maxweil et ad utendum habitu laycali extra  
 Universitatem pro xx<sup>ti</sup> solidis.

1482

Nomina Licenciatorum anno Domini m<sup>o</sup> cccc<sup>o</sup>  
octuagesimo<sup>1</sup> secundo

Alexander Keth, solvit	Thomas Guthre, solvit
Alexander Wawan, solvit	M. Thomas Esplyn, solvit
M. Vilelmus Thornton, solvit	M. Johannes Anderson, pauper
Vilelmus Tyre, solvit	M. Vilelmus Thomson, pauper
Thomas Leslie, solvit	

2 October 1482

fol. 83<sup>r</sup>

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem secundo die mensis Octobris pro electione Quodlibetarii. In qua Congregatione elegerunt magistrum Walterum Brown pro illo anno. Et in eadem Congregatione recepti erant aliqui determinantes et admissi, et regentes elegerunt libros.

[DAVID MONYPENNY, *Dean*]

4 November 1482

Congregacione <Facultatis><sup>2</sup> Arcium tenta in novis scolis eiusdem quarto die mensis Novembris pro electione novi Decani. In qua Congregatione unanimi consensu et nullo contradicenti elegerunt magistrum David Monypenny in decanum pro anno futuro et magister Thomas Castaris continuatus erat in officio bursarii Facultatis Arcium, et elegerunt assessores Decano magistros infrascriptos scilicet Johannem Liston Prepositum Collegii Sancti Salvatoris, David Meldrum officialem, Robertum Panthre, Henricum Wer, Johannem Doles, Hugonem Spens, Thomam Pottar, cum potestate convocandi alios in eorum absenciis.

1482-1483

Nomina Determinantium anno Domini etc.  
octuagesimo secundo

<i>Primus actus</i>	<i>[Tertius] actus</i>
Thomas Retray	David Mailwyn
Willelmus Brown	Johannes Kynnard
	Johannes Fenton
<i>[Secundus] actus</i>	
Thomas Cummyng	
Alexander Rayt	

<sup>1</sup> *ottogesimo* in text.<sup>2</sup> Added above the line.

17 February 1482-83

Congregacione Facultatis Arcium tenta<sup>1</sup> in novis scolis fol. 83<sup>v</sup> eiusdem feria secunda prime ebdomade Quadragesime pro electione temptatorum. In qua Congregacione Facultas elegit magistrum Johannem Doles et magistrum Waltherum Brown tamquam regentes et magistrum [Alexandrum] Butlar et magistrum Jacobum Quyt tamquam non regentes ad temptandum intrantes dicti anni.

15 April 1483

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem decimo quinto die mensis Aprilis ad eligendum<sup>3</sup> provisores pro festo Sancti Johannis Ewangeliste. In qua Congregacione elegerunt discretos viros et magistros Willelmum Cube et Georgeum Crychton.

13 May 1483

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem decimo tercio die mensis Maii ad eligendum<sup>3</sup> examinatores in cameris. In qua Congregacione elegerunt examinatores magistros Johnanem Doles, Alexandrum Butlar, Waltherum Brown et Jacobum [Quyt]. Insuper dispensatum erat cum intrantibus dicti anni quod essent licenciati in vigilia<sup>4</sup> Pentechoste dummodo contribuerent Facultati.

1483

Nomina Licenciatorum anno Domini m<sup>o</sup> cccc<sup>o</sup>  
octuagesimo tercio

M. Nicholaius Hwym, solvit,	Valterus Kynnard, solvit
Andreas Forman, solvit	M. Alexander Mowbray, solvit
M. Georgius Krechton, solvit	M. Michael Lowth
Robertus Lewal, solvit	M. Donaldus Esak
M. dominus Michael Narn, solvit	Robertus Rane

} pauperes

<sup>1</sup> *tenta* written twice, and the first scored out (after *Congregacione*).

<sup>2</sup> *elegendum* in text.

<sup>3</sup> *elegendum* in text.

<sup>4</sup> 17 May.

fol. 84<sup>r</sup>

ACTA MAGNE CIRCUMSPECTIONIS VIRI MAGISTRI ROBERTI  
PANTHRE DECANI FACULTATIS ARCIUM RECTORIS DE METHIL  
ANNO ETC. OCTUAGESIMO TERCIO.

4 *November* 1483

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis  
eiusdem quarto die mensis Novembris pro electione novi  
decani. In qua Congregatione elegerunt in decanum magne  
sciencie virum magistrum Robertum Panthre rectorem de  
Methil et in eadem Congregatione continuatus erat bursa-  
rius Facultatis Arcium. Insuper in eadem Congregatione  
elegerunt assessores Decano magistros David Meldrum  
Rectorem Universitatis, Johannem Liston Prepositum  
Collegii Sancti Salvatoris, <Robertum Keth><sup>1</sup>, David Mony-  
penny, Henricum Weir, Hugonem Spens, Willelmum Blair  
et Johannem Doles, cum potestate convocandi alios in  
absenciis eorum.

1483-1484

Nomina Determinancium anno etc.  
octuagesimo tercio

*Primus actus in Pedagogio*

Thomas Hay  
Jacobus Merkynston  
Henricus Quyt  
Johannes Castaris  
Jacobus Strachaquen

*Secundus actus*

Willelmus Colyson  
Gilbertus Colyson

*Tertius actus*

Johannes Dogud

*[Quartus] actus*

Laurencius Olyphant  
Dominus Robertus Burn

8 *March* 1483-84

fol. 84<sup>v</sup>

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis  
eiusdem feria secunda prime ebdomade Quadragesime pro  
electione temptatores. In qua Congregatione Facultas  
elegit magistrum Johannem Dolas et magistrum Georgium  
Krechtton seniore tamquam regentes et magistrum  
Thomam Balzhe et magistrum Georgium Krechtton junio-

<sup>1</sup> Added above the line.

rem<sup>1</sup> tamquam non regentes ad temptandum intrantes dicti anni.

5 April 1484

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem quinto die mensis Aprilis ad eligendum provisores pro festo Sancti Johannis Ewangeliste. In qua Congregacione elegerunt discretos viros viz. magistros Robertum Lorimar et Donaldum Esok. Insuper<sup>2</sup> in eadem Congregacione conclusum fuerat quod Bursarius congregaret lapides, ligna, calcem et alia necessaria pro edificacione certarum camerarum.

4 May 1484

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem quarto die Maii ad eligendum examinatores in cameris. In qua Congregacione eligerunt magistros Johannem Dolas, Georgium Krechton, Johannem Howbwrn et Alexandrum Rede. In qua eciam Congregacione Facultas graciose dispensavit cum magistro Thoma Carstaris tunc temporis Receptore dicte Facultatis quo ad lecturam. Et in eadem Congregacione dispensatum<sup>3</sup> erat cum magistro Jacobo Forrat quo ad lecturam et mutacionem habitus extra Universitatem pro xx sol. Item in dicta Congregacione dispensatum<sup>3</sup> erat cum intrantibus dicti anni quod essent licenciati decimo die Junii dummodo contribuerent Facultati xxx sol.

1484

Nomina Licenciatorum anno m<sup>o</sup> cccc<sup>o</sup>  
octuagesimo quarto

Karolus Fostringayme, <sup>4</sup> solvit	David Malwin, solvit	
Thomas Ratre, solvit, magister	Alexander Rat	
Villelmus Abbercrumme, solvit, magister	Thomas Cummyng, solvit	
Henricus Balfour, solvit	Ninianus Schoriswoid	} pauperes
Robertus Balze, solvit	Jacobus Strayawthyn	
Gawynus Forrat, solvit	Johannes Fenton	
Jacobus Merchynston, solvit	Johannes Bryinton	

<sup>1</sup> The two Crichtons were licentiates of the years 1479 and 1483 respectively (see above). One of them became Principal Regent at Glasgow in 1485 and was deposed in 1488 (*Munimenta*, ii, 244, 250).

<sup>2</sup> There is a mark in the margin opposite this conclusion.

<sup>3</sup> *dispensatum* in text.

<sup>4</sup> This name was originally written sixth on the list, then carefully cancelled and added at the top.

2 October 1484

fol. 85<sup>r</sup>

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem secundo die mensis Octobris anno ut supra. In qua Congregacione electus erat magister Jacobus Akynheid pro Quodlibetario dicti anni. Et insuper data erat potestas Decano adcipiendi determinantes dum venerint. Insuper Facultas elegit certos deputatos viz. dominum Rectorem, dominum officialem, magistros David Monipenny, Henricum Weyr, Hugonem<sup>1</sup> Spens, Johannem Dolace, Villelmum Blar et<sup>2</sup> Johannem Drybrwgh ad avisandum de sustentacione studencium in mensa. Insuper dominus Decanus monuit omnes regentes ad servandum debitam formam apud studentes quo ad reporturam et lecturam sub pena periurii. Insuper dicta Facultas dispensavit<sup>3</sup> quo ad juramentum lecture cum magistris quorum nomina una cum summis subsequuntur viz. cum magistro Thoma Ratre dummodo solveret xiii s. iiii d., cum magistro Alexandro Rede dummodo solveret vi s. viii d., cum magistro Alexandro Butlar cum solverit x s., cum magistro Villelmo Cube dummodo solvert vi s. viii d. quia allegat se solvisse dicte Facultati prius xiii s. iiii d. In eadem eciam Congregacione recepti erant ad Facultatem magister Thomas Ratre et magister Michael Lowth. Insuper regentes elegerunt<sup>4</sup> certos libros ad legendum studentibus pro anno futuro.

ACTA MAGNE SPECULACIONIS VIRI MAGISTRI NOSTRI MAGISTRI HUGONIS SPENS DECANI FACULTATIS ARCIUM ETC. ANNO ETC. OCTUAGESIMO QUARTO.

4 November 1484

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem quarto die mensis Novembris pro electione novi Decani. In qua Congregacione elegerunt in decanum magne sciencie virum magistrum nostrum magistrum

<sup>1</sup> *Hogonem* in text.

<sup>2</sup> *et* written twice.

<sup>3</sup> *dispensavit* in text.

<sup>4</sup> *eligerunt* in text.

Hugonem Spens rectorem de Dunano<sup>1</sup> et in eadem Congregatione continuatus erat magister Thomas Carstaris in officio bursarii Facultatis Arcium. Insuper elegerunt assessores Decano magistros Robertum Keth tunc Rectorem Universitatis, David Meldrum, Johannem Liston Prepositum Collegii, Henricum Weir, David Monypenny, Willelmum Blair, Johannem Doles, Patricium Symson, cum potestate convocandi alios in absenciis eorum.

1484-1485

Nomina Determinantium anno m<sup>o</sup> cccc<sup>o</sup>  
octuagesimo quarto

*Primus actus*

Jacobus Stewart, solvit  
Alexander Kennedy, solvit  
Johannes Lyndissay, solvit  
V[illelmus] Gund, solvit  
Patricius Butercas, solvit v s. tantum  
Andreas Quhit, pauper

*Secundus actus*

Duncanus Makqhe, solvit  
H[ ] Makcowlow, solvit  
David Liberton, solvit  
Johannes Litstar, solvit  
Andreas Powte, pauper

*Tertius actus*

Patricius Dunbar, solvit  
Johannes Smowt, pauper

*Quartus actus*

Jacobus Dunnyng, solvit  
Johannes Afflek, solvit  
Johannes Rawya, pauper

*Quintus actus*

G[eorgeus] Cogilton, solvit

*Sextus actus*

V[ ] Meldrum, solvit  
T[ ] Meldrum, solvit  
Johannes Balfour, solvit

*Septimus actus*

Johannes Bwngh, solvit  
Johannes Cwmyng, solvit

21 February 1484-85

Congregatione Facultatis Arcium tenta in novis scolis fol. 85<sup>v</sup> eiusdem feria 2<sup>a</sup> prime ebdomade Quadragesime pro electione temptatorum. In qua Congregatione Facultas elegit magistrum Patricium Symson et magistrum David Herwy tamquam regentes, magistrum Michaellem Straton et magistrum Johannem Lowthmalony tamquam non regentes, ad temptandum intrantes dicti anni. In eadem eciam Congregatione Facultas elegit discretos et circumspectos viros et magistros ad avisandum et consulendum

<sup>1</sup> Dunino, near St. Andrews.

de edificio in Facultate de novo fundando viz. magistros David Monipenny, Robertum Pantre, Johannem Dolas, Vilelmum Cube, cum consilio magistri Johannis Drybwrgh. Insuper<sup>1</sup> conclusum erat patens et publicum in posterum esse temptamen, se que mutuo<sup>2</sup> temptandi audirent [*sic*].

25 *March* 1485

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem xxv die mensis Marcii ad elegendum provisores pro festo Sancti Johannis Ewangeliste. In qua Congregatione elegerunt discretos viros viz magistros Thomam Carstaris et Michaelem Lowth.

16 *June* 1485

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem xvi die mensis Junii ad eligendum examinatores in cameris. In qua Congregatione eligerunt examinatores temptatores prius electos. Insuper in eadem Congregatione dispensatum fuit cum intrantibus illius anni quod essent licenciati in vigilia<sup>3</sup> Sancti Johannis Baptiste dummodo contribuerent Facultati viginti solidos.

1485

Nomina Licenciatorum anno etc. m<sup>o</sup> cccc<sup>o</sup>  
octuagesimo quinto

M. Laurencius Olyphant  
M. David Hay  
Willelmus Colyson

Gilbertus Colyson  
Willelmus Dugude  
M. Henricus Quhyt

3 *October* 1485

fol. 86<sup>r</sup>

Congregatione<sup>4</sup> Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem tercio die Octobris anno ut supra. In qua Congregatione electus erat magister David Herwy pro quodlibetario dicti anni. Et insuper data erat potestas Decano

<sup>1</sup> There is a cross in the margin opposite this conclusion.

<sup>2</sup> There is a faint sign above this word. In spite of faulty text the meaning is clear: that the *temptamen* is to be held in public and the candidates are to hear each other in turn.

<sup>3</sup> i.e. 23 June.

<sup>4</sup> The scribe began to insert this minute after the minutes<sup>1</sup> of 16 June, wrote and cancelled three lines, then recast it as above.

ad recipiendum determinantes dum venerint. Insuper regentes elegerunt certos libros ad legendum studentibus Facultatis pro anno futuro.

ACTA MAGNE CIRCUMSPECTIONIS VIRI MAGISTRI DAVID MONYPENNY DECANI FACULTATIS ARCIUM CANONICI MORAVIENSIS ANNO ETC. OCTUAGESIMO QUINTO.

4 November 1485

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem quarto die mensis Novembris anno quo supra pro electione novi decani. In qua Congregacione elegerunt in decanum nobilem virum magistrum David Monypenny canonicum Moraviensem. Et in eadem Congregacione continuatus erat magister Thomas Castaris in officio bursarii Facultatis Arcium. Insuper elegerunt assessores Decano magistros Robertum Ketht tunc Rectorem Universitatis, David Meldrum, Johannem Listone, Henricum Weir, Hugonem Spens, Robertum Panthre, Johannem Doles, Patricium Symsonne, Willelmum Blair, cum potestate convocandi alios in absenciis eorum.

1485-1486

Nomina Determinancium anno etc. octuagesimo quinto

<i>Primus actus</i>	[Robertus] 3oung
Willelmus Monorgone	
Jacobus Boyth	
	<i>In Petagogio</i>
<i>Secundus actus</i>	Henricus Wauch
[Thomas] Olyphant	[Johannes] Burel

13 February 1485-86

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis fol. 86<sup>v</sup> eiusdem secunda feria prime ebdomade Quadragesime per magistrum David Monypenny tunc Decanum pro electione temptatorum. In qua Congregacione electi fuerant magister Johannes Doles licenciatus in theologia, magistri Jacobus Strathaquhen, Thomas Castaris et Jacobus Quhit, jurati solito modo in facie Facultatis ad fideliter exequendum

dictum officium. Insuper dispensatum erat pro lectura magistris Willelmo Coldane et [Davidi] Lamby<sup>1</sup> dummodo unusquisque eorum solveret marcam, pro cuius solucione obligarunt se Facultati debitores magistri Willelmus Cube et Robertus Preston. In dicta eciam Congregacione Facultas recepit gracie ad gremium eiusdem magistrum [Kennicum] Suderland graduatum Parisius.<sup>2</sup> Et eciam dispensatum erat cum Jacobo Stewart penes lecturam textus Aristotelis et cum Duncano Makke qui tempore presentationis aliorum erat Edinburgi cum Preposito Collegii Sancti Salvatoris. Et ultra in eadem Congregacione dispensatum erat quod antiqui licenciati possunt secreto modo accedere ad gradum magisterii.

18 *March* 1485-86

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem xviii die mensis Marcii ad eligendum provisores festi Beati Johannis Ewangeliste. In qua Congregacione electi erant magistri Jacobus Burn et Robertus Preston.

20 *May* 1486

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem xx die mensis Maii ad elegendum examinatores pro baccalariis examinandis in cameris. In qua Congregacione Facultas continuavit temptatores in examinatores.

24 *June* 1486

Congregacione generali omnium magistrorum Facultatis Arcium facta in magna <aula Pedagogii><sup>3</sup> Facultatis eiusdem pro festo Beati Johannis Ewangeliste<sup>4</sup>. In qua quidem Congregacione unanimi matris nostre Facultatis consensu

<sup>1</sup> William Coldane or Cowdane determined in 1478-1479, and took his licence in 1481. David Lamby was a determinant of 1479-1480, but there is no record of his licence.

<sup>2</sup> Kenneth Sutherland determined at St. Andrews in 1475-1476; was received as a bachelor at Paris in 1478; and took his licence in 1480 (*Auctarium*, iii, 407, 441).

<sup>3</sup> *aula Pedagogii* added above the line, and the last letters are cut off in the binding.

<sup>4</sup> Probably an error for St. John Baptist.

vir honorandus archidiaconus Brechinensis magister Willelmus Lowry,<sup>1</sup> suis honore humanitate et benevolentia in matrem Facultatem moventibus, meritissimus<sup>2</sup> magnis precibus persuasionibusque inductus gradum magisterii in artibus primum aliquantis per renuendo. Tandem Decani et Facultatis instancia devictus paratum se matris jussioni contulerat. Hinc reverendissimi patris Cancellarii commissione pro licencia Facultatis petitione levata eandem<sup>3</sup> honorifice in scholis Arcium per se sub honorabili viro magistro nostro magistro Hugone in sacra theologia professore necnon decretorum doctore presente Facultate susceperat. Hinc birreto magisterii suscepto cumulatis<sup>4</sup> sumptibus in aula et scholis Facultatem decoravit ac erga Bedellum vestibibus muneribus aliisque propinis variis insignem se reddidit.<sup>5</sup> Demum litteris regis pro erga eum Facultatis beneficio grates magnifice inpense sunt. Adque Facultatis fabricam quatuor abs eo libre<sup>6</sup> propinate adque Facultatis gremium vino egregie pregustato receptus est.

1486

Nomina Licenciatorum anno etc. m<sup>mo</sup> cccc<sup>mo</sup>  
octuagesimo sexto

fol. 87r

M. dominus Willelmus Lowry  
archidiaconus Brechinensis  
M. dominus Johannes Castaris

M. Georgeus Coggiltown  
M. Patricius Dunbar  
M. Johannes Smit

3 October 1486

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem tercio die mensis Octobris anno ut supra. In qua Congregacione electus erat magister Kennicus Suthyrland pro quodlibetario dicti anni. Et in eadem Congregacione data erat potestas Decano ad recipiendum determinantes dicti anni in adventu eorum, et regentes elegerunt libros ut moris est.

<sup>1</sup> Lowrie was a graduate of Louvain (*S.H.R.*, xxv, 334).

<sup>2</sup> *meretissimus moventibus meretissimus* in text.

<sup>3</sup> i.e. he received the licence.

<sup>4</sup> *cumulatissis* in text.

<sup>5</sup> *reddiderit* in text.

<sup>6</sup> This sum of *iiii lib.* is entered in the Bursar's Book among the debts owing to the Faculty (fol. 12r).

ACTA MAGNE CIRCUMSPECTIONIS AC NOBILITATIS VIRI  
MAGISTRI DAVID GUTHRE DECANI FACULTATIS ARCIUM AC  
PREPOSITI DE GUTHRE ANNO ETC. OCTUAGESIMO SEXTO.

1 November 1486

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem [ ]<sup>1</sup> die mensis Novembris anno quo supra pro electione novi Decani. In qua Congregacione elegerunt in decanum nullo contradicente nobilem et magne sciencie virum magistrum David Guthre prepositum de Guthre. Et in eadem Congregacione continuatus erat magister Thomas Castaris in officio bursarii. Et insuper in crastino in Congregacione elegerunt assessores Decano magistros Robertum Ketht tunc Rectorem Universitatis, David Meldrum, Johannem Listone, Henricum Weir, Hugonem Spens, Robertum Panthre, Willelmum Lowry, David Monypenny, Johannem Doles, Willelmum Blair,<sup>2</sup> cum potestate convocandi alios in absenciis eorum. Et in eadem Congregacione receptus erat magister Willelmus Lawson ad Facultatem et eciam dispensatum erat cum licenciatis anni precedentis usque ad festum Purificationis Beate Marie.<sup>3</sup>

1 November 1486

<In Congregacione Facultatis Arcium primo Novembris decretum fuit quod statutum in quo cavebatur quod nullus bachalarius determinans exponeret ultra quadraginta solidos in aula pro festo ac nullus licenciatus in gradu magisterii ultra quatuor<sup>4</sup> libras exponeret mandaretur exequutioni in totius, quod quicumque regens presederit<sup>5</sup> ultra exponentibus resecaetur<sup>6</sup> a Facultate>.<sup>7</sup>

<sup>1</sup> Space left blank, probably 1 November, the date of the following (cancelled) minute.

<sup>2</sup> Most of this surname has been obliterated by a stain.

<sup>3</sup> 2 February. <sup>4</sup> *quatuor* in text. <sup>5</sup> *presiderit* in text.

<sup>6</sup> *recetaretur* in text: i.e. the statute is to be put into execution, so that any regent presiding for a student spending beyond the stated amount might be cut off from the Faculty.

<sup>7</sup> This paragraph has been cancelled by a stroke of the pen drawn through each line. It is in a different hand from that of the preceding minute.

1486-1487

Nomina Determinancium anno etc.  
octuagesimo sextofol. 87<sup>v</sup>*In Pedagogio primus actus*Robertus Erskyn  
Johannes Maxwell  
Patricius Lummesden  
Johannes Thomsone  
Willelmus Colle*Tertius actus in Collegio*Jacobus Fostar  
Georgius Dundas  
Malcolmus Scot  
Johannes Gilerist*In Collegio [secundus actus]*Gilbertus Stratone  
Alexander Gardyn  
Malcolmus Guthre  
Willelmus Akynheid  
Willelmus Ostayn*In Pedagogio<sup>1</sup>*Willelmus Cardyne  
Johannes Cardyne  
H[ ] Patricii*In Pedagogio*

Jacobus Wawan

29 January 1486-87

Congregacione<sup>2</sup> Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem xxix [die] mensis Januarii. Dispensatum fuit cum licenciatis anni precedentis,<sup>3</sup> usque ad proximum festum Sancti Petri in Advincula [sic],<sup>4</sup> et elegit Facultas viros et magistros infrascriptos ad commutandum statuta Facultatis irrorantia [sic] penas periurii in aliis penis viz. dominum Rectorem, Decanum, officialem, Prepositum et canonicos Sancti Salvatoris, magistrum Johannem Dolas, magistrum Johannem Żwng et <magistrum><sup>5</sup> Patricium Symsonē, in quorum absenciis dedit Facultas Decano potestatem convocandi alios.

6 March 1486-87

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem sexto die mensis Marcii per dominum Decanum supradictum pro electione temptatorum. In qua Congre-

<sup>1</sup> The names following, written in a column parallel to the preceding, are in a blacker ink. For *H. Patricii* cf. below, p. 229.

<sup>2</sup> This minute is in the same hand as the deleted paragraph above, p. 224.

<sup>3</sup> *precedentes* in text.

<sup>4</sup> 1 August.

<sup>5</sup> Added above the line.

gacione erant electi pro regentibus magister noster magister Hugo Spens et [magister] Kennicus Suderland et pro non regentibus magister Thomas Esplen et magister Johannes Andree. Determinantes pro responsionibus in Quadregesima jurati et intrantes in facie Facultatis admissi. Recepti ad Facultatem et jurati erant magister Patricius Dunbar et Henricus Quyt.

Insuper<sup>1</sup> prefati electi a Facultate presentabant hoc presens statutum quod communi assensu roboratum fuit, statuantes singuli magistri id<sup>2</sup> inviolabiliter observari, cuius verba hec sunt: Item mater nostra Facultas Arcium mature avisata temerariis ausibus eorum qui pro magistris ante gradum se gerunt<sup>3</sup> volens obviare statuit et ordinavit quod nullus examinatus baccalarius promoveatur ad licenciam nisi prius data sufficiente cautione quod infra sexaginta dies post diem licencie accipiet gradum magisterii in artibus in Universitate Sanctiandree sub pena quadraginta solidorum in beneficiatis ultra viginti libras, et duarum marcarum in || divitibus non beneficiatis bursas solventibus, uniusque marce<sup>4</sup> in pauperibus et quo ad istud statutum Facultas reddit se indispensabilem.<sup>5</sup>

Die et loco<sup>6</sup> quibus supra suis in rebus familiaribus Decanum oportet de Universitate se transferre rata et grata eius gesta habuit Facultas et dedit sibi potestatem substituendi usque ad tempus nove electionis alium vice-decanum.

3 April 1487

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem tercio die mensis Aprilis. In qua Congregacione Facultas elegit magistros Johannem Seggat et Johannem Anderson in provisos ad festum Sancti Johannis Ewangeliste.

<sup>1</sup> In margin: *Nota bene.*

<sup>2</sup> *eum* in text.

<sup>3</sup> *se gerentes* in text.

<sup>4</sup> *unamque marcam* in text.

<sup>5</sup> See *Statutes*, 38-39.

<sup>6</sup> *Die et locis* in text; *die* and *et* are run together.

15 *May* 1487

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem decimo quinto die mensis Maii anno ut supra pro electione examinatorum. In qua Congregacione Facultas elegit in examinatores temptatores.

1487

Nomina Licenciatorum anni etc.  
octuagesimi septimi

Willelmus Monnorgund, solvit  
Thomas Olyphant, solvit  
Henricus Wach, solvit  
Johannes Lytstar, solvit  
Johannes Burel, solvit  
Patricius Buttercas

Willelmus Gunde, solvit  
Johannes Lyndesay, solvit  
Robertus Jong, pauper  
Dominus Robertus Ednem, pauper  
Dominus Andreas Quhyt, pauper  
Dominus Leonardus Logy, pauper

2 *October* 1487

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scholis fol. 88<sup>v</sup> eiusdem 2<sup>o</sup> die mensis Octobris anno ut supra. In qua Congregacione Facultas elegit magistrum Johannem Seggat in quodlibetarium pro dicto anno. Et data fuit potestas Decano ad recipiendum determinantes dicti anni, et regentes elegerunt libros ad legendum studentibus pro dicto anno. Et dispensatum fuit cum magistro Johanne Litstar de juramento prestito Facultati qui intravit ordinem Fratrum de Observancia. Et dispensatum fuit cum magistro Johanne Lyndesay pro lectura dummodo contribueret Facultati decem solidos. Et eciam ordinatum erat quod Bursarius nichil exigeret a domino Jacobo Gray debitore Patricii Buttercas usque ad festum Sancti Andree.<sup>1</sup>

[WILLIAM LAUDER, *Dean*]

3 *November* 1487

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem tercio die mensis Novembris anno ut supra. In qua Congregacione Facultas elegit honorabilem et magne

<sup>1</sup> 30 November.

sciencie virum magistrum Wilelmum Lauder in decanum et continuavit magistrum Thomam Carstaris in officio Bursarii. Et insuper elegerunt assessores Decano viz. magne sciencie virum magistrum Robertum Ketht Rectorem Universitatis Sanctiandree, magistrum David Meldrum officialem Sanctiandree principalem, magistrum nostrum magistrum Johannem Listone Prepositum Collegii Sancti Salvatoris, magistrum Henricum Wer, magistrum Hugonem Spens, magistrum Robertum Panthre, magistrum Wilelmum Blar, magistrum Johannem Doles, magistrum Patricium Symsonem, magistrum Jacobum Quyt, cum potestate convocandi alios in absenciis ipsorum. Et insuper Facultas dedit potestatem Decano cum predictis assessoribus ad dispensandum cum magistris pro lectura textus Aristotelis.

1487-1488

fol. 89<sup>r</sup>

Nomina Determinantium anno domini etc  
octuagesimi septimi

*Primus actus in Pedagogio*  
Dominus Johannes Lacok,<sup>1</sup> solvit  
Jacobus Gardyn, solvit  
Dominus Johannes Pennycuk,  
solvit

*Secundus actus in Collegio*  
Jeronomus Lyndesay, solvit  
Johannes Bosuel, solvit  
Robertus Wauch, solvit  
Jacobus Kede, solvit  
Johannes Powsta  
Johannes Johnstoun } pauperes

*Tertius actus in Pedagogio*  
Jacobus Dogud, solvit  
Johannes Lyndesay, solvit  
Gilbertus Strathaquhyn, solvit  
Alexander Martyn, solvit  
Johannes Seir, pauper  
Johannes Hagus,<sup>2</sup> pauper

*Quartus actus in Collegio*  
Patricius Murray, solvit  
Georgius Gray, solvit  
Willelmus Lawsons, solvit  
Thomas Ramsay

Johannes Kyncragy  
Willelmus Gold

*Quintus actus in Pedagogio*  
Adam Quytlaw, solvit  
Willelmus Collyn  
Johannes Fyngask } pauperes

*Sextus actus in Pedagogio*  
Alexander Ketht, solvit  
Robertus Ketht, solvit  
Georgius Ketht, solvit  
Andreas Ketht, solvit  
Jacobus Murray, solvit  
Johannes Lang, pauper

*Septimus actus in Collegio*  
Alexander Stratone, solvit  
Andreas Bykkyrtone, solvit  
Ricardus Grant  
Johannes Hynschaw } pauperes

*Octavus actus in Collegio*  
Jacobus Innes, solvit

*Nonus actus in Collegio*  
David Hay, solvit

<sup>1</sup> This word might read *Laicok*. The name appears later as *Laquhok*.

<sup>2</sup> Perhaps a mistake for William Haggus, who matriculated in 1486 (*Early Records*, 184) and took his licence in 1490 (see below, p. 235).

24 *February* 1487-88

<sup>1</sup>Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis fol. 90<sup>v</sup> eiusdem vicesimo quarto die mensis Februarii anno ut supra. In qua Congregacione erant aliqui determinantes iurati et admissi ad respondendum in Quadragesima ut moris est, et eciam erant aliqui intrantes admissi ad temptamen. Et electi erant temptatores ad examinandum huiusmodi intrantes viz. magistri Patricius Symson, Henricus Quyt, Johannes Segget et Thomas Esplen.

22 *March* 1487-88

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem vicesimo secundo die mensis Marci anno ut supra. In qua Congregacione electi erant provisores pro festo Beati Johannis magistri Wilelmus Lawson et Henricus Wauch.

13 *May* 1488

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem decimo tercio die mensis Maii anno ut supra. In qua Congregacione Facultas elegit temptatores in examinatores.

1488

Nomina Licenciatorum non locatorum  
anno ut supra

Robertus Erskyn	Jacobus Innes	} nihil
Gilbertus Straton	Alexander Gardyn	
Jacobus Wawan	Malcolmus Scot	
Patricius Lummesden	Dominus Robertus	
Dominus Patricius Elder <sup>2</sup>	Stewynson	
Johannes Thomson	Dominus Andreas Butour	
Willelmus Cardine	Dominus Robertus Burn	
Johannes Cardine		

2 *October* 1488

<sup>3</sup>Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis fol. 100<sup>r</sup> eiusdem 2<sup>o</sup> die mensis Octobris anno Domini millesimo

<sup>1</sup> Fols. 89<sup>v</sup> and 90<sup>r</sup> are blank.

<sup>2</sup> Cf. *H. Patricii*, determinant of 1486-1487.

<sup>3</sup> The scribe has gone from folio 90<sup>v</sup> to folio 100<sup>r</sup>, probably by a slip of the pen, as there is no apparent break in the register, and there is no change in the watermark.

quadringentesimo octuagesimo octavo.<sup>1</sup> In qua Congregatione Facultas elegit magistrum Laurencium Olyphant in officio quodlibetarii. Et data fuit potestas Decano ad recipiendum determinantes dicti anni, et regentes elegerunt libros ad legendum studentibus pro dicto anno.

ACTA MAGNE NOBILITATIS VIRI MAGISTRI JOHANNIS EDMUNDSTONE DECANI FACULTATIS ARCIUM ANNO ETC. OCTUAGESIMO OCTAVO.

3 November 1488

Congregatione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem tercio die mensis Novembris anno ut supra. In qua Congregatione Facultas elegit nobilem virum magistrum Johannem Edmundston in decanum et continuavit magistrum Thomam Carstaris in officio bursarii et elegit certos assessores Decano et ordinavit eosdem ad audiendum compositum Bursarii viz. magistros Waltherum Drummonth, David Meldrum, Robertum Keth, Johannem Liston, Willelmum Lauder, Hugonem Spens, Henricum Wer, Willelmum Lowry, Johannem Doles, Patricium [Symson], Robertum Panthre, Willelmum Blair et Johannem Zong, cum potestate convocandi alios in absenciis ipsorum.

26 November 1488

Congregatione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem vicesimo sexto die mensis Novembris anno ut supra ex avisamento deputationum Facultatis. In qua Congregatione dispensatum erat<sup>2</sup> cum certis baccalariis ut septem insimul responderent. Eciam utilitate Facultatis pensata et considerata dispensatum erat cum baccalariis illius anni pro secunda responsione dummodo quilibet solveret Facultati decem solidos.

<sup>1</sup> Originally written *anno ut supra*.

<sup>2</sup> *erant* in text.

1488-1489

[Names of Determinants]<sup>1</sup>

<i>Primus actus</i>	Johannes Lathris
Georgius Dunbar	
An[tonius] Dule	<i>Sextus actus</i>
Edwardus Stewart <sup>2</sup>	Jacobus Olyphant
Adam Gilzam, pauper	Laurencius Olyphant
	Georgius Olyphant
	Johannes Tullo
<i>Secundus actus</i>	
Jacobus Stewart	<i>Septimus actus</i>
Johannes Narn	Georgius Hepburn
Willelmus Sclater, pauper	Dominus Johannes Mathy
	Georgius Martyn
<i>Tertius actus</i>	Dominus Ni[ ] Merchand, pauper
Georgius Fern	Georgius Fokart, pauper
Andreas Johnson	
	<i>Octavus actus</i>
<i>Quartus actus</i>	Michael Lewynstown
David Traill	David Johnson
	Henricus Adamson
<i>Quintus actus</i>	Johannes Gurlay
Johannes Drummonth	Robertus Logy
Johannes Brown	Andreas Blak

3 March 1488-89

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis fol. 100<sup>v</sup> eiusdem tercio die mensis Marcii anno ut supra. In qua erant aliqui determinantes jurati et admissi ad respondendum in Quadragesima ut moris est. Et eciam erant aliqui intrantes admissi<sup>3</sup> ad temptamen. Et electi erant temptatores ad examinandum huiusmodi intrantes viz. magistri Kennicus Suderland, Henricus Quyt, Willelmus Lawson, Willelmus Monorgone.

9 April 1489

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis [eiusdem] nono die mensis Aprilis anno Domini octuagesimo nono. In qua Congregacione electi erant in provisosores pro festo Beati Johannis magistri Andreas Butour et Willelmus Gwnd.

<sup>1</sup> No heading in text.

<sup>2</sup> This name has been inserted later.

<sup>3</sup> *admissi* written twice.

11 May 1489

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem undecimo die mensis Maii anno ut supra. In qua Congregacione Facultas dedit aliquos magistros ad audiendum compotum senescallorum festi Beati Johannis Ewangeliste viz. Johannem Doles, Johannem Zong, Robertum Panthre, Willelmum Cube et Jacobum Quyt, et compoto audito Facultas illo anno dedit decem solidos consuetos dari<sup>1</sup> a Facultate senescallis.

9 June 1489

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem nono die mensis Junii anno ut supra. In qua Congregacione Facultas elegit in examinatores magistros Johannem Doles, Andream Butour, Willelmum Gwnd et Jacobum Quyt. Insuper Facultas dispensavit cum intrantibus quod essent licenciati in vigilia<sup>2</sup> Sancti Johannis Baptiste dummodo ipsi solverent Facultati quatuor libras.

1489

Nomina Licenciatorum de anno Domini etc.  
octuagesimo octavo<sup>3</sup>

Isti quatuor nobiles in circulo	}	Alexander Keytht	}	Jeronomus Lyndesay	
		Patricius Murref		Vel	Robertus Keitht
		Robertus Keitht		sic	Patricius Murref
		Jeronomus Lyndesay			Alexander Keitht

Andreas Keitht  
David Hays  
Dominus Johannes Laquhok  
Adam Quhytlaw  
Georgeus Ferne  
Jacobus Dogud  
Dominus Johannes Pennycuk  
Jacobus Murray  
Jacobus Kyde  
Johannes Lyndesay

Gilbertus Strathachyn  
Jacobus Gardyne  
Dominus Johannes Narne  
Willelmus Lawson  
Johannes Bosuel  
Alexander Martyn  
Willelmus Coly  
Dominus Malcolmus Guthre  
Dominus Ricardus Grant

<sup>1</sup> *dare* in text.

<sup>2</sup> 23 June. All these dispensations and irregularities are a sign that the times were out of joint. After the murder of James III in June 1488, the country endured a year of revolts and disturbances.

<sup>3</sup> An error for 1489, or the academic year 1488-1489. The list appears in its proper place in the session: about the end of June 1489.

25 August 1489

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis fol. 101<sup>v</sup> eiusdem vicesimo quinto die mensis Augusti anno ut supra. In qua Congregacione dispensatum erat cum aliquibus intransantibus de faciendo festum usque ad festum Sancti Andree.<sup>1</sup> Insuper dispensatum fuerat cum magistro Johanne Laquhok pro lectura dummodo ipse solveret Facultati unam marcam et cum magistro Johanne Penny-cuk dummodo ipse solveret decem solidos.

2 October 1489

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem secundo die mensis Octobris anno ut supra. In qua Congregacione Facultas elegit magistrum Henricum Quyt in officio quodlibetarii. Et data erat potestas Decano ad recipiendum determinantes dicti anni. Et regentes elegerunt libros ad legendum studentibus pro dicto anno.

ACTA VENERABILIS ET EGREGII VIRI MAGISTRI WILELMI fol. 102<sup>r</sup>  
LAURENCII DECANI FACULTATIS ARCIUM ARCHIDIACONI  
BRECHINENSIS ANNO DOMINI ETC. OCTUAGESIMO NONO.

3 November 1489

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem tercio die mensis Novembris anno quo supra. In qua Congregacione Facultas elegit magne sciencie virum magistrum Wilelmum Laurencii archidiaconum Brechinensem in decanum Facultatis Arcium. Et elegit magistrum Johannem Doles in officio bursarii dicte Facultatis. Et in eadem Congregacione supplicatum fuerat ut septem baccalarii poterant [*sic*] insimul respondere in vico, cum quibus fuit dispensatum.

26 November 1489

Congregacione<sup>2</sup> Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem vicesimo sexto die mensis Novembris. In qua

<sup>1</sup> 30 November.

<sup>2</sup> A pointer in the margin draws attention to this minute.

Congregacione Facultas elegit aliquos assessores ad assistendum Decano Facultatis Arcium, videlicet magistros Walterum Drummond Rectorem Universitatis Sanctiandree, David Meldrum officialem, Robertum Ketht rectorem de Disart, Johannem Listown Prepositum Collegii Sancti Salvatoris, Hugonem Spens rectorem de Kynbak, David Monypenny, Robertum Panthre, Johannem Doles, Robertum Bosuel, David Guthre, David Herwy, Willelmum Blair et Johannem Jong, cum potestate convocandi alios in absenciis eorum. Insuper in eadem Congregacione Decanus supplicavit pro substituto in sua absentia et data erat sibi potestas eligendi quem voluerit, et statim dominus Decanus venerabilem virum magistrum nostrum magistrum Hugonem Spens ad exercendum officium in sua absentia elegit. Eciam Facultas dedit potestatem magistro Johanni Doles ad dispensandum cum magistris pro lecturis.

1489-1490

## Nomina Determinantium dicti anni

*Primus actus*

Alexander Hwme  
 Johannes Kenydy  
 Dominus Alexander Massy  
 Robertus Maneris  
 Walterus Smyth

*Secundus actus*

Willelmus Prestone  
 Thomas Cramme  
 David Wawchope

*Tertius actus*

Cuthbertus Bailze  
 David Reddo

2 March 1489-90

fol. 102<sup>v</sup>

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem secundo die mensis Marcii anno ut supra. In qua Congregacione erant aliqui determinantes jurati et admissi ad respondendum in Quadragesima ut moris est. Et eciam erant aliqui intrantes admissi ad temptatem. Et electi erant temptatores ad examinandum huiusmodi intrantes videlicet magistri Patricius Symson, Andreas Butour, Laurencius Olyphant et Karolus Fothryngame.

24 *March* 1489-90

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem vicesimo quarto die mensis Marcii anno ut supra. In qua Congregacione electi erant in provisores pro festo Beati Johannis Ewangeliste magistri Robertus Davisone et Alexander Martyn.

13 *May* 1490

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem decimo tercio die mensis Maii anno Domini etc. nonagesimo. Facultas elegit temptatores in examinatores.

1490

Nomina Licenciatorum de anno Domini etc.  
nonagesimo

fol. 103<sup>r</sup>

Jacobus Olyphant  
Laurencius Olyphant  
Georgius Olyphant  
Jacobus Stewart  
Johannes Drummond  
Michael Lewynstown  
David Trail  
Johannes Narn  
Andreas Johnson  
Antonius Duly  
Thomas Ramsay<sup>1</sup>

Dominus Johannes Matheson  
Thomas Lathrysk  
Johannes Brown  
Jacobus Johnson  
Dominus Henricus Adamson  
Dominus Willelmus Haggau  
Edwardus Stewart  
Robertus Logy  
Dominus David Johnson  
Adam Gylzame

31 *August* 1490

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis fol. 103<sup>r</sup> eiusdem ultimo die mensis Augusti anno ut supra. In qua Congregacione dispensatum erat cum aliquibus intransantibus de faciendo festum usque ad quindenam post festum Sancti Michaelis.<sup>2</sup>

2 *October* 1490

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem 2<sup>o</sup> die Octobris anno ut supra. In qua Congre-

<sup>1</sup> This name has been written twice and the first obliterated. The words *set recessit ante licenciam* have also been washed out, but are still faintly discernible.

<sup>2</sup> Feast of St. Michael and All Angels, 29 September.

gacione Facultas elegit magistrum Wilelmum Gwnd in quodlibetarium pro dicto anno. Et data fuit potestas Decano ad recipiendum determinantes dicti anni, et regentes elegerunt libros ad legendum studentibus pro anno futuro.

fol. 104<sup>r</sup>

CONTINUACIO VENERABILIS ET EGREGII VIRI MAGISTRI WILELMI LAURENCII IN OFFICIO DECANI FACULTATIS ARCIUM ARCHIDIACONI BRECHINENSIS ANNO DOMINI ETC. NONAGESIMO.

3 November 1490

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem tercio die mensis Novembris anno quo supra. In qua Congregacione Facultas continuavit magne sciencie virum magistrum Wilelmum Laurencii archidiaconum Brechinensem in decanum Facultatis Arcium. Et prefatus magister supplicavit pro uno deputato in absentia eius et Facultas concessit sibi potestatem deputare quemcumque voluerit. Et continuatus erat magister Johannes Doles in officio bursarii Facultatis Arcium. Et in eadem Congregacione Facultas dedit aliquos assessores<sup>1</sup> ad consulendum Decanum in rebus concernentibus commodum Facultatis et honorem, viz. magistros David Meldrum, Johannem Listone, Hugonem Spens, Robertum Pantre, Johannem Zong, Johannem Doles, Vilelmum Blair, Patricium Symsonem, Michaelem Narn, Robertum Levonix, David Monypenny et Jacobum Quyt, cum potestate convocandi alios in absenciis istorum.

1490-1491

fol. 104<sup>v</sup>

Nomina Determinancium anni predicti

<i>Primus actus</i>	<i>Secundus actus</i>
Johannes Athlek, rector de Glenberwy	Thomas Weych
Alexander Mailwyn	Archibaldus Heryoth
Duncanus Chammer	Patricius Rudirfurd
Henricus Sybbald	Willelmus Athkynson, pauper
Johannes Gourlay	

<sup>1</sup> In the margin, in a later hand: *Decano assessores dati.*

*Tertius actus*

Thomas Forbes  
 Johannes Colyson  
 Patricius Ferly  
 [Thomas]<sup>1</sup> Sybbald  
 Malcolmus Burn, pauper

*Quartus actus*

Henricus Makdowel  
 Robertus Schanwel  
 Johannes Brown

*Quintus actus*

Johannes Calder

Jacobus Symson  
 Jacobus Giffart  
 Johannes Strathaquhyn  
 David Gardyn

*Sextus actus*

Alexander Singler  
 Thomas Dicson  
 Johannes Payntour  
 Alexander Stewart  
 Willelmus Daynlstown [*sic*], pauper

*Septimus actus*

Jacobus Currou

## 21 February 1490-91

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis fol. 105<sup>r</sup>  
 eiusdem vicesimo primo die mensis Februarii anno ut supra.  
 In qua Congregacione erant aliqui magistri recepti in  
 Facultate et aliqui determinantes jurati et admissi ad  
 respondendum in Quadragesima ut moris est. Et eciam  
 erant aliqui intrantes admissi ad temptamen. Et electi  
 erant temptatores ad examinandum huiusmodi intrantes  
 videlicet magistri Kennicus Suderland, Willelmus Gwnd,  
 Jacobus Quyt et Willelmus Weddel.

## 20 March 1490-91

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis  
 eiusdem vicesimo die mensis Marcii anno ut supra. In qua  
 Congregacione electi erant in provisosores pro festo Beati  
 Johannis Ewangeliste magistri Johannes Castaris et  
 Robertus Ednem. Et in eadem Congregacione conclusum  
 fuit quod antiqui licenciati poterant secreto modo procedere  
 ad gradum magisterii dummodo ipsi contribuerent ad  
 fabricam Facultatis.

## 31 May 1491

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis  
 eiusdem ultimo die mensis Maii. In qua Congregacione  
 continuati erant temptatores in examinatores. Eciam  
 dispensatum fuit cum magistro Johanne Bosuel pro lectura

<sup>1</sup> *Early Records*, 187. Here, and in similar cases hereafter, the first name  
 is supplied from the Matriculation Roll as extracted from *Acta Rectorum*  
 in *Early Records*.

dummodo ipse satisfaceret Facultati unam marcam, et dispensatum fuit cum magistro Patricio Lummesden pro decem solidis.

1491

Nomina Licenciatorum de anno Domini etc.  
nonagesimo primo

Ma. Alexander Hwme	David Wauchop
Ma. Cuthbertus Bailge	Thomas Cramme
Willelmus Prestone	Ma. Dominus Robertus Manerris,
Ma. Dominus Johannes Kynnedey	pauper

3 October 1491

fol. 105<sup>v</sup>

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem tercio die mensis Octobris anno ut supra. In qua Congregacione Facultas elegit magistrum Wilelmum Monnorgone pro quodlibetario dicti anni. Et regentes elegerunt libros in quibus habent legere pro forma. Et data erat domino Decano potestas ad recipiendum determinantes dicti anni.

ACTA VENERABILIS ET MAGNE SCIENCIE VIRI MAGISTRI JOHANNIS 3ONG DECANI FACULTATIS <ARCIUM><sup>1</sup> ANNO DOMINI ETC. NONAGESIMO PRIMO.

3 November 1491

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis <scolis><sup>2</sup> eiusdem tercio die Novembris anno quo supra. In qua Congregacione Facultas elegit magne sciencie virum<sup>3</sup> magistrum Johannem 3ong canonicum Dunkeldensem in decanum Facultatis Arcium. Et continuatus erat magister Johannes Doles in officio bursarii. Et in eadem Congregacione data erat potestas Decano magistro Willelmo Laurencii et magistro Johanni [? Doles]<sup>4</sup> ad dispensandum pro lecturis magistrorum volencium dispensare. Et in eadem

<sup>1</sup> Added above the line in faint, small writing.

<sup>2</sup> Added above the line.

<sup>3</sup> *virum* written twice, and the second scored out.

<sup>4</sup> No surname given, but John Doles was given the same power in 1489 (see above, p. 234).

Congregacione Facultas dedit aliquos assessores ad consulendum Decanum in agendis pro anno futuro viz. magistros David Monypenny Rectorem Universitatis, David Meldrum officialem, Wilelmum Laurencii, Johannem Listone Prepositum Collegii, Hugonem Spens, Andream Martyne, Wilelmum Blair vicarium de Carale, Johannem Doles, Patricium Symsonem, Michaellem Narn, Robertum Levonix,<sup>1</sup> cum potestate convocandi alios in absenciis istorum.

1491-1492

Nomina Determinantium de anno Domini etc.  
nonagesimo primo

fol. 106<sup>r</sup>*Primus<sup>2</sup> actus*

Archibaldus Douglas  
Jacobus Betone  
Laurencius Farour  
E[dwardus] Roger, pauper  
Jacobus Daveson, pauper  
Andreas Pegat, pauper

*Secundus actus<sup>3</sup>*

Johannes Forbes  
Jacobus Postar  
Alexander Reoch, pauper

*Tertius actus*

David Pitcarne  
Donaldus Makmillane  
Patricius Ryklintone, pauper  
Matheus Ricardi, pauper  
Johannes Pwrdy, pauper

*Quartus actus*

Robertus Monnorgone  
Dominus Jacobus Gray  
Gilbertus Hay  
Thomas Neis, pauper

*Quintus actus*

David Edmundstown  
Jacobus Douglas  
Willelmus Wynchester  
Johannes Hay, pauper

*Sextus actus*

Henricus Strang

*Septimus actus*

Thomas Patonson

13 March 1491-92

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem decimo tercio die mensis Marcii anno quo supra. In qua Congregacione erant aliqui determinantes jurati et admissi ad respondendum in Quadragesima ut moris est. Et eciam erant aliqui intrantes admissi ad temptamen. Et electi erant temptatores ad examinandum huiusmodi intrantes videlicet magistri Laurencius Olyphant, Patricius

<sup>1</sup> Or *Lenoux*.<sup>2</sup> Changed from *secundus*.<sup>3</sup> This was originally the first act, and the three names head the list; but *primus* has been altered to *secundus*.

Symsone, Jacobus Quyt et Henricus Quyt. Et in eadem Congregacione dispensatum fuit cum Jacobo Currou et Georgio Martyn pro secunda responsione dummodo quilibet illorum solveret Facultati pro dicta responsione decem solidos.

15 April 1492

fol. 106<sup>v</sup>

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem decimo quinto die mensis Aprilis anno Domini etc. nonagesimo secundo. In qua Congregacione electi erant in provisoribus festi Sancti Johannis Ewangeliste magistri Willelmus Colly et Thomas Esplen.<sup>1</sup>

15 June 1492

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem decimo quinto die mensis Junii anno ut supra. In qua Congregacione electi erant examinadores ad examinandum licenciandos in cameris magistri<sup>2</sup> Canicus Suderland, Andreas Butour, Robertus Ednem, [     ],<sup>3</sup> et dispensatum fuit cum intrantibus dummodo satisfacerent Bursario de tribus libris.

1492

Nomina Licenciatorum anni predicti

Alexander Sincler	} cum repetitione	Jacobus Giffart	} ex g[ratia] C[ancellarii] <sup>4</sup> et F[acul- tatis]
Johannes Athlec		Archibaldus Heriot	
Thomas Wach	Willelmus Danzelstone		
Henricus Makdowel	Henricus Sybbald		
Johannes Caldar	Johannes Pantour		
Jacobus Currou	David Gourlay		
Alexander Mailwyn	Georgius Martyn		
Jacobus Symson	David Gardyn		
Thomas Forbes	Johannes Colynson		
Robertus Schanwel	Johannes Brown		
Patricius Ferly			

<sup>1</sup> Substituted for *Robertus Ednem*.

<sup>2</sup> *magistros* in text.

<sup>3</sup> A space is left for the fourth name.

<sup>4</sup> Archbishop Schevez was, however, furth of Scotland in 1492 (*Archbishops*, i, 143-4).

2 October 1492

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scholis fol. 107<sup>r</sup>  
eiusdem secundo die mensis Octobris anno ut supra. In qua  
Congregacione electus fuerat magister Kennicus Suderland  
pro quodlibetario, et recepti erant aliqui determinantes et  
jurati Facultati, et data erat potestas Decano ad recipien-  
dum alios absentes in adventu eorum, et regentes elegerunt  
libros ad legendum.

CONTINUACIO VENERABILIS ET MAGNE SCIENCIE VIRI  
MAGISTRI JOHANNIS ZONG IN OFFICIO DECANI FACULTATIS  
ARCIIUM ANNO DOMINI ETC. NONAGESIMO SECUNDA.

3 November 1492

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scholis  
eiusdem tercio die mensis Novembris anno ut supra. In  
qua Congregacione Facultas continuavit magne sciencie  
virum magistrum Johannem Zong canonicum Dunkelden-  
sem in Decanum Facultatis Arcium. Et prefatus magister  
supplicavit pro uno deputato in absentia eius et Facultas  
concessit sibi potestatem deputare quemcumque voluerit.  
Et in eadem Congregacione continuatus erat magister  
Johannes Doles in officio bursarii Facultatis Arcium. Et in  
eadem Congregacione Facultas dedit eosdem deputatos  
prius nominatos anno elapso.

1492-1493

Nomina Determinancium predicti anni

*Primus actus in Collegio*

Gavinus Douglas  
Patricius Donaldsone  
Walterus Maxwel, pauper  
David Scot, pauper  
Andreas West, pauper  
Patricius Auchirarn, pauper

*Secundus actus in Pedagogio*

Georgius Logane  
Willelmus Falcone  
Johannes Thomsone, pauper  
Thomas Spaldyn, pauper

*Tertius actus*

Henricus Bannarman  
David Ros  
Andreas Crauksnak, pauper

*Quartus actus*

Edwardus Syncler  
Willelmus Syncler

*Quintus actus*

Alexander Lesly  
Gilbertus Letht  
Johannes Gardyn, pauper  
Johannes Ferear, pauper

25 February 1492-93

fol. 107v

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem vicesimo quinto die mensis Februarii anno ut supra. In qua Congregacione Facultas elegit in temptatores pro licenciandis discretos viros et magistros viz. Jacobum Akynhed et Robertum Ednem tanquam regentes et Andream<sup>1</sup> et Robertum Schanwele tanquam non regentes. Et in eadem Congregacione recepti erant intrantes dicti anni et determinantes admissi ad respondendum in Quadragesima.

7 March 1492-93

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem septimo die mensis Marcii anno Domini millesimo quadingesimo nonagesimo tercio.<sup>2</sup> In qua Congregacione electi erant in provisosores pro festo Sancti Johannis Ewangeliste viz. magister David Ken3ow et magister David Trail.

3 June 1493

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem tercio die mensis Junii anno ut supra. In qua Congregacione Facultas continuavit temptatores in examinatores et dispensatum fuit cum intrantibus de tempore standi in cameris.

1493

## Nomina Licenciatorum anni predicti

M. Archibaldus Douglas		Thomas Dixsone
M. David Edmwndstone	} cum re-	Dominus Johannes Gurlay
Johannes Forbes		Edwardus Roger
Dominus Jacobus Foster	} petitione	Dominus Willelmus Ath-
Robertus Monorgwnd		kynsone
David Pitcarne	} cum re-	Dominus Jacobus Davisonne
M. Jacobus Betone		Donaldus Makmillane
Jacobus Douglas	} petitione	Johannes Purde
Gilbertus Hay		Patricius Rielyntone
		Andreas Pegat

<sup>1</sup> Surname omitted. Perhaps Andrew Butour.

<sup>2</sup> The provisosores are here appointed at an earlier date than formerly; but perhaps the year is correctly given and *March* is an error for *April*.

2 October 1493

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scholis fol. 108<sup>r</sup> eiusdem secundo die mensis Octobris anno ut supra. In qua Congregacione Facultas elegit magistrum Robertum Ednem pro quodlibetario. Et presentati erant aliqui determinantes admissi et jurati, et in adventu aliorum ordinatum fuerat quod esset Congregacio pro eorum receptione. Et regentes elegerunt libros.

ACTA VENERABILIS ET MAGNE SCIENCIE VIRI MAGISTRI PATRICII SYMSON DECANI FACULTATIS ARCIUM ANNO DOMINI ETC. NONAGESIMO TERCIO.

3 November 1493

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem tercio die Novembris anno quo supra. In qua Congregacione Facultas elegit magne science virum magistrum Patricium Symsonem rectorem de Dunano in decanum Facultatis Arcium. Et in eadem Congregacione continuatus erat magister Johannes Doles in officio bursarii. Et in eadem Congregacione Facultas dedit eosdem deputatos prius nominatos cum potestate convocandi alios in absenciis eorum.

1493-1494

Nomina Determinantium anni predicti

*Primus actus in Collegio*

Johannes Hay  
Fynlaius Forest  
Alexander Jong  
Patricius Mydiltone

Johannes Wemys  
Walterus Fostar  
Johannes Strachaquyn  
Andreas Symson

*Secundus actus in Pedagogio*

Andreas Stewart  
Michael Cunynghame

*Tertius actus in Pedagogio*

Johannes Ros  
Alexander Anguson

17 February 1493-94

Congregacione Facultatis Arcium tenta<sup>1</sup> in novis scholis fol. 108<sup>v</sup> eiusdem decimo septimo die mensis Februarii anno ut

<sup>1</sup> This word has been twice written, and the first deleted. There are subsequent alterations and corrections in this paragraph.

supra. In qua Congregacione Facultas elegit discretos viros in temptatores viz. magistrum Kennicum Suderland, magistrum Robertum Davison pro regentibus, et magistrum Henricum Clerk et magistrum Alexandrum Martyn pro non regentibus ad examinandum intrantes dicti anni, et recepti erant aliqui intrantes habentes requisita, et aliqui repulsi usque ad futurum annum quia non habuerunt tempus. Et determinantes erant admissi ad respondendum in Quadragesima. Et ordinatum erat quod nulli admitterentur ad temptamen nisi habentes quatuor annos vel tres annos cum dimidio cum dispensacione.

20 *March* 1493-94

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem vicesimo die mensis Marcii anno ut supra. In qua Congregacione Facultas elegit discretos viros magistrum Kennicum Suderland et magistrum Thomam Ramsay in provisores pro festo Beati Johannis Ewangeliste.

12 *May* 1494

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem duodecimo die mensis Maii anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto. In qua Congregacione Facultas elegit discretos viros viz. magistrum Johannem Doles, magistrum Michaellem Narn, magistrum Karolum Fothringhame et magistrum Jacobem Quyt ad audiendum compotum senescallorum festi Sancti Johannis.

20 *May* 1494

[Congregacione]<sup>1</sup> Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem vicesimo die mensis Maii anno ut supra. In qua Congregacione Facultas continuavit temptatores in examinatos et dispensatum fuerat cum intrantibus de tempore standi in cameris.

<sup>1</sup> The space has been left blank for this word to be written in bold letters with a decorative initial, as had been customary since 1488.

1494

Nomina Licenciatorum anno Domini etc.  
nonagesimo quartofol. 109<sup>r</sup>

Gavinus Douglas	David Scot
Henricus Strang	Matheus Richartson
Dominus Patricius Donaldson	Dominus Thomas Spaldyn
Johannes Ferear	

2 October 1494

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem secundo die mensis Octobris anno ut supra. In qua Congregacione Facultas elegit magistrum Robertum Davison pro quodlibetario. Et in eadem Congregacione presentati erant aliqui determinantes et admissi, et potestas data erat Decano ad recipiendum absentes in adventu eorum.

ACTA VENERABILIS ET MAGNE NOBILITATIS VIRI MAGISTRI GEORGHII HEPBURN DECANI FACULTATIS ARCIUM ANNO DOMINI ETC. NONAGESIMO QUARTO.

3 November 1494

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem tercio die Novembris anno quo supra. In qua Congregacione Facultas elegit magne nobilitatis virum magistrum Georgeum Hepburn rectorem de Cawder in decanum Facultatis Arcium. Et in eadem Congregacione continuatus erat magister Johannes Doles in officio bursarii. Et in eadem Congregacione Facultas dedit certos deputatos ad assistendum ei, videlicet magistrum nostrum magistrum Robertum Ketht Rectorem Universitatis Sanctiandree, magistrum David Meldrum, magistrum Johannem,<sup>1</sup> magistrum Hugonem Spens, magistrum Willelmum Laurencii, magistrum Johannem,<sup>1</sup> magistrum Willelmum Blair vicarium de Crail, magistrum Robertum Ketht rectorem de Duffos, magistrum Michaellem Narn, magistrum Robertum

<sup>1</sup> Surname not given. The most likely names are John Doles and John Jong.

Lenoux et magistrum Jacobum Quyt, cum [potestate] convocandi alios in absenciis eorum. Et in eadem Congregatione Decanus supplicavit pro uno deputato in sua absentia et Facultas dedit sibi pro deputato discretum virum magistrum Patricium Symson.

9 March 1494-95

fol. 109<sup>v</sup>

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem nono die mensis Marcii anno quo supra. In qua Congregatione Facultas elegit discretos viros in temptatores viz. magistros Johannem Doles et Thomam Ramsay pro regentibus et Johannem Lochmalony et David Edmundstown pro non regentibus ad examinandum intrantes dicti anni. Et recepti erant intrantes. Et determinantes erant admissi ad respondendum in Quadragesima.

1494-1495

Nomina Determinancium anni predicti

*Primus actus in Pedagogio*

Willelmus Stewart  
Alexander Dunbar  
Dominus Thomas Cowhe  
Johannes Lyndesay  
Robertus Arthur  
Thomas Cube

*Tertius actus in Collegio*

Fynlaius Ramsay  
Johannes Forest  
Georgius Hogstown  
Johannes Waus  
Ninianus Wallace  
Jacobus Thomsone

*Secundus actus in Collegio*

Jacobus Rudirfurde  
Willelmus Breclay  
Walterus Kar  
Andreas Spens  
Johannes Turnbuyt  
Alexander Myl

*Quartus actus in Collegio*

Gavinus Crechton  
Henricus Prestone  
Henricus Pantour  
Alexander Inglis  
Johannes Brown  
Thomas Buyt

8 April 1495

fol. 110<sup>r</sup>

Congregatione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem octavo die mensis Aprilis anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto. In qua Congregatione Facultas elegit discretos viros magistros viz. Johannem Narn et Patricium Donaldson in provisores pro festo Beati Johannis Ewangeliste.

29 April 1495

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem vicesimo nono die mensis Aprilis anno quo supra. In qua Congregacione venerabilis et magne sciencie vir Alexander Inglis<sup>1</sup> in utroque jure doctor decanus Dunkelensis et archidiaconus Sanctiandree necnon Conservator Privilegiorum dicte Universitatis presentavit quandam mortificacionem sue capellanie, presente Rectore Universitatis, Decano et Facultate<sup>2</sup> Arcium. Quam mortificacionem perlegi fecit in presencia tocius Facultatis. Cuius tenor sequitur de verbo in verbum et est talis. UNIVERSIS et singulis sancte matris Ecclesie filiis ad quorum noticias presentes littere pervenerint Wilelmus miseracione divina Sanctiandree Archiepiscopus tocius regni Scocie Primas et Apostolice Sedis legatus salutem in omnium Salvatore. Noverit universitas vestra nos cum consensu et assensu capituli nostri ecclesie nostre metropolitane Sanctiandree ad infrascripta capitulariter congregati quandam cartam praedilecti nostri venerabilis et egregii viri magistri Alexandri Inglis decretorum doctoris archidiaconi nostri Sanctiandree principalis factam in honorem Dei omnipotentis et gloriosissime Virginis Marie Annunciationis Dominice et omnium Sanctorum ad altare Beati Johannis Baptiste infra navem ecclesie metropolitane Sanctiandree, que vulgariter vocatur insula Archidiaconi Sanctiandree, et uni capellano in perpetuum celebraturo ad altare predictae Marie Virginis viz. Annunciationis Dominice pro salute animarum infrascriptarum de tenementis inferius specificatis de mandato nostro speciali visam lectam inspectam et diligenter examinatum sanam et integram non rasam non cancellatam nec in aliqua sua<sup>3</sup> parte suspectam ad plenum intellexisse sub hac forma. Omnibus<sup>4</sup> hanc cartam visuris vel auditoris Alexander Inglis archidiaconus Sanctiandree principalis salutem in Domino sempiternam. Quia per pias

<sup>1</sup> Alexander Inglis had held various offices of state under James III, who had nominated him for the see of Dunkeld in 1483 (Dowden, *Bishops*, 78-80).

<sup>2</sup> *Facullati* in text.

<sup>3</sup> *sui* in text.

<sup>4</sup> The text of this charter is printed in *Evidence*, 352-3.

oraciones et missarum ubi Filius pro peccatis Patri offertur celebrationes presertim continuas credimus peccata dimitti Purgatorii penas demolliri et ab eisdem defunctorum animas frequencius liberari et in Paradisi gaudiis collocari Hinc est quod ego Alexander Inglis archidiaconus Sanctiandree principalis antedictus pie devocionis affectu motus in honore sancte et individue Trinitatis Patris Filii et Spiritus Sancti, gloriosissime Virginis Marie et Annunciationis Dominice et Omnium Sanctorum ad altare Sancti Johannis Baptiste infra navem ecclesie metropolitane Sanctiandree, que vulgariter vocatur insula Archidiaconi Sanctiandree, ex parte boreali eiusdem ecclesie versus occidentem totum et integrum illud tenementum meum ante et retro cum pertinentiis quod emi a Johanne Thomson cive civitatis Sanctiandree et edificavi, jacens in vico || australi dicte civitatis et ex parte boreali eiusdem inter tenementum Wilelmi Forgund ad orientem ab una et tenementum Johannis Wemys burgensis de Crail ad occidentem ab altera, ac tenementum meum vastum quod nunc edifico ad finem occidentalem mansi archidiaconi Sancti Andree in longitudine sexaginta duorum pedum et latitudine viginti unius pedum, favente Domino, fundare disposui de supradictis tenementis. Igitur noveritis me dedisse concessisse et hac presenti carta mea confirmasse ac divine contemplacionis <intuitu><sup>1</sup> dare concedere et auctoritate reverendissimi domini mei Wilelmi miseracione divina Archiepiscopi Sanctiandree primatisque legati nati superveniente ad mortuam manum confirmare Deo et Glorioso Virgini Marie Omnibusque Sanctis ac Annunciationis Dominice altarique predicto in insula antedicta situato et capellano perpetuo in eodem celebraturo pro salute anime mee predecessorum et successorum meorum<sup>2</sup> dominorum regum pontificum parentum et benefactorum omniumque fidelium defunctorum a quo vel a quibus bona recepi et ad condignum non satisfeci huiusmodi tenementa suprascripta cum pertinentiis annuatim levandis et percipiendis<sup>3</sup> Tenenda et

<sup>1</sup> Interpolated above the line.

<sup>2</sup> *meorum* written twice in text.

<sup>3</sup> *levandum et percipiendum* in printed version.

habenda dicta tenementa cum pertinentiis dictis altari et capellano et eius successoribus legitime modo subscripto intransibilibus in puram et perpetuam elemosinam ac in proprietatem ad mortuam manum cum omnibus et singulis commoditatibus libertatibus et asiamentis ac justis suis pertinentiis quibuscumque ad predicta tenementa cum pertinentiis spectantibus seu juste spectare valentibus quomodolibet in futurum cum luminaribus vitratis super ortum archidiaconi predicti et adeo libere quiete plenarie integre honorifice bene et in pace sicut aliqua tenementa infra regnum Scocie in puram et perpetuam elemosinam ac ad mortuam manum alicui ecclesie capelle seu altari ve[l] capellano per quemcumque datur conceditur seu possidetur, ita quod nec ego nec heredes mei nec assignati seu aliquis nomine nostrum jus vel clameum aliquod in huiusmodi tenementis cum pertinentiis titulum proprietatem seu possessionem exigere seu vindicare poterit seu poterunt sed de eisdem de cetero sumus exclusi in perpetuum: Reservato nichilominus michi pro toto tempore vite mee dictorum tenementorum libero tenemento ad meum beneplacitum sine obstaculo levandi et disponendi. Volo autem et ordino quod si contingat capellanum dicte capellanie, quod Deus avertat, aliquam concubinam vel focariam publicam retinere seu tali publice adherere et ordinaria demum auctoritate legitime monitus fuerit idem capellanus eam cum effectu non dimiserit eo ipso ex tunc dicta capellania vacare censeatur. Pari modo volo et ordino quod si contingat quemcumque capellanum dicti altaris per me aut successores meos archidiaconos Sanctiandree, quos et quem pro tempore existentes patronos et patronum dicte capellanie constitutum, ad dictam capellaniem admissum et in ea institutum, ad quodcumque aliud beneficium servicium vel officium perpetuum promoveri vel illud simul cum presenti capellania retinere, quod dicta capellania post promocionem sepefati capellani ad beneficium officium vel servicium huiusmodi vel retentionem pacificam alicuius eorundem eo ipso vacare dinoscatur ita quod personalem residenciam apud eandem faciat sicut sui successores dicte capellanie capellani faciant et continuam

[sic]<sup>1</sup> cessante causa racionabili et nullatenus se<sup>2</sup> ab ea ultra quindenam absentent alioquin eo ipso dictam capellaniam vacare decernimus. Cum igitur dicta capellania predicta sive per mortem cessionem vel dimissionem eiusdem aut alias quovismodo vacare contigerit volo ordino et concedo quod dicte capellanie donacio et || capellani ad illam admissio ad me quamdiu vixero pertineat et spectet absque quacumque collacione ordinaria desuper fienda et post meum decessum ad archidiaconum Sanctiandree et in eius ausencia extra regnum seu negligencia ad Rectorem Universitatis Sanctiandree qui pro tempore fuerit pertinere dinoscatur. Item volo et ordino quod si dictus capellanus a dicto servicio ultra quindenam se absentaverit licitum erit archidiacono Sanctiandree seu Rectori Universitatis eiusdem alium ydoneum capellanum ut inferius qualificatum et ad eundem effectum destituere et alium inponere [sic] absque quacumque vocacione seu strepitu judiciali proviso quod de dictis tenementis conserventur annuatim quadraginta solidi ad provisionem et reparacionem dictorum tenementorum ponendi<sup>3</sup> in manibus Bursarii Facultatis Arcium ad effectum reparacionis et sustentacionis dictorum tenementorum. Qui bursarius annuatim<sup>4</sup> levabit et exponet super necessariis dictorum tenementorum cum consilio et avisamento Decani Facultatis Arcium qui pro tempore fuerit et suorum deputatorum et deputandorum necnon capellani dicti altaris deservientis pro tempore ipsisque reddendo compositum annuatim die quo comptum reddit Facultati Arcium et auditoribus eiusdem, sic quod idem Bursarius annuatim oneretur per Facultatem de predictis quadraginta solidis ad effectum predictum. Item volo et ordino quod dictus capellanus sit magister in artibus regens in aliqua Facultatum videlicet gramatica philosophia theologia aut iure canonico aut aliqua Facultatum Uni-

<sup>1</sup> This clause was misread and misunderstood in the version in *Evidence*. The original from which the copies were made may have been corrupt. The meaning is that the chaplains and their successors, chaplains of the said chaplaincy, shall make continuous residence, if there be no legitimate cause to the contrary.

<sup>2</sup> *se* repeated after *quindenam*.

<sup>3</sup> *ponendorum* in text.

<sup>4</sup> *Qui bursarius annuatim* written twice, and the first cancelled.

versitatis Sanctiandree approbatarum<sup>1</sup> et quod resideat in ipsa capellania personaliter que incompatibilis censeatur cum alio beneficio seu officio quocumque. Reddendo inde annuatim archidiacono Sanctiandree qui pro tempore fuerit triginta denarios annui redditus de dicto primo tenemento sicut hactenus solvere consueverat, et de dicta terra vasta nunc edificanda duodecem denarios annui redditus ad duos anni terminos festa videlicet Pentecostes et Sancti Martini in yeme per equales portiones tantum pro omni alio onere servicio seculari exactione seu demanda exceptis suffragiis supradictis. Demum volo et ordino quod dicta tenementa ad meram sustentacionem dicti capellani qui pro tempore fuerit necnon calices libri vestimenta ornamentaque altaris per me eidem altari condonata per capellanum qui pro tempore fuerit bene conserventur et inibi sine remocione permaneant, et in singulis premissis de quibus ut prefertur dictis Archidiacono Rectori Decano et Bursario<sup>2</sup> regimen committo omnibus fraude et dolo seclusis prout voluerint respondere coram Summo Iudice. Et ego Alexander Inglis archidiaconus predictus heredes mei et assignati predictas donaciones infeodaciones ordinationes dispositiones et qualificaciones predictis capellano et altari in omnibus et per omnia ut predictum est contra omnes mortales warantizabimus acquietabimus et in perpetuum defendemus. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum apud Sanctumandream die quinto mensis Maii anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto coram hiis testibus venerabilibus et eximiis viris dominis et magistris Roberto Ketht Rectore Universitatis Sanctiandree, Johanne Listone Preposito Collegio Sancti Salvatoris, Hugone Spens in sacra theologia professoribus, David Meldrum officiali Sanctiandree principali, Patricio Symson canonico dicte ecclesie collegiate, Johanne Zong canonico Dunkeldensi et Symone Campion notario cum diversis aliis testibus. QUAMQUIDEM cartam ac donacionem concessionem fundacionem et ordinationem in eadem contentas in omnibus suis punctis articulis condicionibus

<sup>1</sup> *approbatum* in text.

<sup>2</sup> *Bursariis* in text.

modis et circumstanciis suis quibuscumque forma pariter et effectu in omnibus et per omnia ut premissum est approbamus ratificamus admortizamus et pro nobis et successoribus nostris mortificamus et ad manum mortuam pro perpetuo confirmamus salvis nobis et successoribus nostris juribus oneribus et debitis consuetis. In cuius rei testimonium presenti carte nostre confirmacionis et mortificacionis || sigillum nostrum autenticum unacum appensione sigilli capituli nostri in signum consensus eiusdem apponi fecimus apud Sanctum andream die xviii mensis Julii anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto et consecracionis nostre anno decimo sexto et in signum maioris evidencie fundacionis dicte capellanie sigillum suprascripti magistri Alexandri eciam presentibus est appensum anno die et loco supradictis <et coram eciam supradictis testibus><sup>1</sup> subscriptio notarii. Jacobus Graye notarius publicus scripsit. **QUAQUIDEM** mortificatione perlecta prefatus dominus archidiaconus supplicavit Rectori et Decano et Facultati predictis acceptare pro se et successoribus suis dictam fundationem sive mortificationem prout continetur in eadem et eandem registrare in libro Conclusionum dicte Facultatis, cui supplicacioni dominus Rector et Decanus et tota Facultas annuerunt et acceptarunt in omnibus et per omnia prout in dicta fundatione continetur, regraciando sibi de benevolencia sua erga Universitatem Sancti andream prefatam.

Johannes Boswel Bedellus Facultatis Arcium teste manu propria.

7 June 1495

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem septimo [die] mensis Junii anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto. In qua Congregacione Facultas continuavit temptatores in examinatores, et dispensatum fuerat cum intransibus de tempore standi in cameris.

<sup>1</sup> These words have been repeated and the second cancelled.

1495

## Nomina Licenciatorum anni predicti

Ma. Edwardus Sinclar  
 Ma. Willelmus Sinclar  
 Andreas Carnes  
 Gilbertus Leitht  
 Dominus Finlaius Forest

David Ros  
 Walterus Maxwel  
 Ma. dominus Andreas West  
 Johannes Gardyn  
 Andreas Crukschanke

2 October 1495

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis fol. 112<sup>r</sup>  
 eiusdem secundo die mensis Octobris anno ut supra. In  
 qua Congregacione Facultas elegit magistrum Thomam  
 Ramsay pro quodlibetario. Et in eadem Congregacione  
 presentati erant aliqui determinantes et admissi, et potestas  
 data erat Decano ad recipiendum absentes in adventu  
 eorum.

ACTA VENERABILIS VIRI MAGISTRI MICHAELIS NARNE VICARII  
 DE INNERKELOUR DECANI FACULTATIS ARCIUM ANNO DOMINI  
 ETC. NONAGESIMO QUINTO.

3 November 1495

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis  
 eiusdem tercio die mensis Novembris anno quo supra. In  
 qua Congregacione Facultas elegit venerabilem virum  
 magistrum Michaelem Narne vicarium de Innerkelour in  
 decanum Facultatis Arcium. Et in eadem Congregacione  
 continuatus erat magister Johannes Doles in officio bursarii.  
 Et in eadem Congregacione Facultas dedit aliquos assessores  
 ad consulendum Decanum in agendis pro anno futuro viz.  
 magistros Robertum Ketht Rectorem Universitatis, David  
 Meldrum, Johannem Listone, Hugonem Spens, Georgeum  
 Hepburn, Willelmum Laurencii, Willelmum Blair, Johan-  
 nem Edmundstow, Karolum Fothringhame, Patricium  
 Symson, Johannem Doles, Robertum Lennox, Henricum  
 Clerk et Jacobum Quhit, cum potestate convocandi alios  
 in absenciis istorum.

In<sup>1</sup> qua eciam Congregacione visum fuit Facultati expediens honestum et utile quod nullus grammaticus<sup>2</sup> sive scholaris recipiatur ammodo sub aliquo regente in scolis artistarum nisi prius in presencia Decani per quatuor regentes ad minus unacum magistro scole grammaticalis fuerit examinatus et in gramaticalibus ydoneus et sufficiens repertus fuerit, qua in re Facultas unanimem fecit suam conclusionem.<sup>3</sup>

1495-1496

fol. 112<sup>v</sup>

## Nomina Determinancium anni predicti

*Primus actus in Collegio*

Andreas Halyburton, solvit  
 Johannes Hay, solvit  
 Johannes Boid, solvit  
 Dominus Johannes Lawson, solvit  
 Jacobus Bonar, pauper  
 Thomas Watson, pauper

Alexander Lermonth, pauper  
 Thomas Palmar, pauper

*Quartus actus in Pedagogio*

Alexander Douglas  
 Johannes Gardyn  
 Johannes Blacater

*Secundus actus in Pedagogio*

Johannes Hwme, solvit  
 Willelmus Haitle, solvit  
 Johannes Sawhop, solvit  
 Johannes Galoway, pauper  
 Cor[nelius] Makmillane, pauper

*Quintus [actus] in Collegio*

Malcolmus Arnot  
 Patricius Schaw  
 Willelmus Howstown  
 Duncanus Makarthur  
 Walterus Hantown, pauper  
 Matheus Geddes, pauper

*Tertius actus in Collegio*

Georgius Knowis  
 Jacobus Knowis  
 Alexander Wemys, pauper

*Sextus [actus] in Collegio*

Johannes Carlele  
 Alexander Lesly

22 February 1495-96

fol. 113<sup>r</sup>

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem feria secunda prime ebdomade Quadragesime pro

<sup>1</sup> *In* has a large capital in the margin.

<sup>2</sup> *gramaticus* in text, here and below.

<sup>3</sup> This emphasis on grammar seems to foreshadow the Act of Parliament of June 1496, to the effect 'that all barronis and frehaldaris that ar of substance put thair eldest sonnys and airis to the sculis fra thai be aucht or nyne zeiris of age and till remane at the grammer sculis quhill thai be competentlie foundit and haue perfite latyne; and thereftir to remane thre zeiris at the sculis of art and jure, sua that thai may haue knowlege and vnderstanding of the lawis' (*A.P.*, ii, 238).

electione temptatorum anno quo supra. In qua Congregacione Facultas elegit discretos viros in temptatores viz. magistros Kennicum Suderland et Johannem Gourlay pro regentibus et Johannem Narne et Willelmum Gwnd pro non regentibus ad examinandum intrantes dicti anni. Et admissi erant intrantes ad temptamen. Et determinantes recepti ad respondendum in Quadragesima et jurati ut moris est. Et similiter iniunctum erat eiisdem virtute juramenti prestiti Facultati quod nullus eorum exponeret in collacione presidenti ultra duos solidos.

18 *March* 1495-96

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem decimo octavo die mensis Marcii anno ut supra. In qua Congregacione Facultas elegit discretos viros magistrum Johannem Mathee et magistrum Johannem Gourlay in provisos pro festo Beati Johannis Ewangeliste.

18 *April* 1496

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem die xviii mensis Aprilis anno Domini etc. nonagesimo sexto pro aliquibus concernentibus commodum et honorem Facultatis. In qua Congregacione comparuit venerabilis et in Cristo pater dominus Thomas Inglis abbas Insule Sancti Columbe unus executorum magistri Alexandri Inglis quondam archidiaconi Sanctiandree et ibi presentavit et deliberavit Decano et Facultati unam boxam cum certis litteris cartis et evidenciis pertinentibus ad fundacionem cuiusdam altaris per prefatum quondam magistrum Alexandrum Inglis fundati in ecclesia metropolitana et in insula Archidiaconi. Quarum litterarum ac cartarum effectus sequitur. In primis unam cartam mortificacionis terrarum et annuorum redituum dicti altaris, unam cartam pure donacionis <dicti magistri Alexandri Inglis eius sigillo sigillatam><sup>1</sup> de tenemento empto a Johanne Thomson in

<sup>1</sup> Added in the margin.

vico australi et de tenemento ad finem occidentalem mansi archidiaconi, unum instrumentum vendicionis dicti tenementi in vico australi per Johannem Thom<sup>1</sup> et eius sponsam dicto magistro Alexandro Inglis archidiacono pro tempore, unam cartam vendicionis Roberti Fresel Johanni Thomson unacum instrumento resignacionis in manibus archidiaconi domini superioris dicti tenementi, unam litteram warantizacionis sub certis penis sub sigillo magistri Alexandri Scheves, unum instrumentum exonerationis et quieteclamacionis dicti Roberti Fresel dicto Johanni Thomson factum de summa octoginta quinque marcarum, unam litteram quieteclamacionis dicti Roberti dicto Johanni de summa octoginta quinque marcarum sub sigillo magistri Alexandri Scheves, unam litteram limitationis dicti tenementi, unum mandatum sive litteram balliatus magistri Alexandri Stewart archidiaconi pro tempore Georgeo Stewart de saisina dicti Roberti Fresel et heredibus suis [*sic*], unam cartam vendicionis dicti tenementi per Elizabeth Sybbald Roberto Fresel unacum instrumento vendicionis dicto Roberto, unum instrumentum quieteclamacionis dicte Elizabeth Sybbald de omnibus summis sibi debitis et omnibus appunctuamentis sibi factis. Que littere in uno faciunt tresdecem. Et idem Decanus boxam clausam omnibus magistris dicte Facultatis congregatis posuit in tecis<sup>2</sup> communibus ad perpetuam rei memoriam.

9 May 1496

fol. 113<sup>v</sup>

Congregacione<sup>3</sup> tenta in Facultate Arcium in novis scolis eiusdem nono die mensis Maii anno Domini etc. nonagesimo sexto pro correctione et reformacione quorundam punctorum et articulorum in facie Facultatis propositorum. In qua Congregacione Facultas animadvertendo considerabat inutiles et superfluas expensas quas nostri intrantes contra statuta et antiquam laudabilem consuetudinem faciebant annuatim super eorum temptatores tempore temptaminis.

<sup>1</sup> Thomam in text.

<sup>2</sup> i.e. *thecis*, chests.

<sup>3</sup> A pointer in the margin draws attention to this minute.

Volens igitur Facultas mature in suis suppositis unita de remedio providere oportuno, vitans superfluas et vanas expensas jubensque<sup>1</sup> honestas et necessarias, in presencia Decani deliberavit et conclusit et predictis intransibitibus in virtute eorum juramenti precipiendo iniunxit quatenus de cetero ipsi et singuli eorum per totum tempus illud quo temptabuntur non exponerent ultra tres solidos monete currentis in eorum collationibus seu refectionibus. Eciam iniunctum erat temptatoribus ut ipsi diligenter illud observarent et non permetterent temptandos summam pretaxatam excedere<sup>2</sup> sub pena in statutis contenta. Inius-tum namque non censuit Facultas ut hii qui in temptamen laborando insudabant aliquid refectionis acciperent.

16 May 1496

Congregacione tenta in Facultate Arcium in novis scolis eiusdem die xvi mensis Maii anno quo supra pro reformatione<sup>3</sup> et correctione quorundam defectuum et transgressionum in quibusdam articulis et positionibus in facie totius Facultatis propositorum. Quapropter Decanus et Facultas super dictis articulis et positionibus mature avisati deliberaverunt et concluserunt quod magistri regentes legerent formaliter textum Aristotelis juxta numerum librorum in statutis contentorum, omni scilicet ebdomada semel in vico in cappa tantum viz. de textu cuiuslibet libri quantum docuerint suos scolares per dictam ebdomadam. Et si quis de suis scolaribus se absentaret qualitercumque a predicta lectura que sibi staret pro forma ad hoc quod suus regens relegeret sibi dictam partem textus quam propter suam absentiam non audivit, daret suo legenti sex denarios monete currentis pro suis laboribus. Item quod regentes dabunt reporturam per totum annum propter exercitium suorum scolarium et penuriam librorum nisi solum in summo tempore hyemali. Et quod sint vigilantes

<sup>1</sup> There is a cross in the margin opposite this line.

<sup>2</sup> *excidere* in text.

<sup>3</sup> Altered from *refeccione*. Reference is made to this minute in *Statutes*, 88. A pointer in the margin draws attention to the minute.

circa suos studentes visitando noctuatim sua studia. Et quod non habeant cum eis intimam familiaritatem in collacionibus seu alibi, cum nimia familiaritas parat contemptum. Item ordinatum erat in eadem Congregacione quod alii magistri non regentes non adducerent studentes extra sua loca ad villam et ad alia loca suspecta nec ducant eos per brachia in ecclesia et aliis locis publicis ut sint eis equales in honore et gradu, cum hoc cederet in dedecus et scandalum tocius Universitatis, quia discipulus non est supra magistrum neque servus maior domino suo. INSUPER cum perversitatibus et maliciis hominum obviandum sit ut qui virtutis amore bene agere non studeant saltem formidine pene coherceantur, ideoque ordinavit predicta Facultas Arcium in eadem Congregacione quod omnes et || singuli bachalarii intrantes in dicta Facultate singulis annis antequam a domino Cancellario seu eius vicecancellario ad actum licencie admittantur accedant ad dominum Conservatorem et acticent<sup>1</sup> se in libris dicti domini Conservatoris quod infra octoginta dies dictum actum licencie immediate<sup>2</sup> sequentes recipiant in Universitate Sanctiandree insignia magistralia secundum datam formam huiusmodi Facultatis vel quod ipsi et singuli eorum lapso huiusmodi termino sine ulteriore dilacione solvant Receptori eiusdem Facultatis summam in statutis contentam unacum cota Bedelli sub pena excommunicacionis.

fol. 114<sup>r</sup>

13 June 1496

Congregacione tenta in Facultate Arcium in novis scolis eiusdem die decima tertia mensis Junii anno quo supra. In qua Congregacione continuati erant temptatores in examinatores. Et in eadem Congregacione dispensatum erat cum intransibus de tempore standi in cameris ad requestum Ducis Ros[s]ensis<sup>3</sup> dummodo solverent Facultati tres libras et decem solidos.

<sup>1</sup> *acticent* : bind themselves.

<sup>2</sup> *immediate* in text.

<sup>3</sup> James Stewart, brother of James IV, titular Archbishop of St. Andrews, (see below, p. 266 and n).

1496

## Nomina Licenciatorum anni predicti

M. Johannes Hay	Johannes Woide
M. Willelmus Stewart	M. Nynianus Wallace
M. Andreas Stewart	Alexander Dunbar
M. Willelmus Breclay	M. Alexander Inglis
M. Fynlaius Ramsay	M. Walterus Postar
Gawinus Creichtoune	M. Walterus Car
M. Henricus Prestoune	Alexander Myl, pauper, non
M. Jacobus Ruderfurde	licentiatus
Jacobus Lindesay	Ma. Jacobus Farquhar, pauper
M. Henricus Pantour	M. Johannes Turnbuyl, pauper
M. Johannes Strathquhyn	Alexander Zong, pauper, non
Johannes Forest	licentiatus
Johannes Waus	Ma. Patricius Mydiltoune, pauper
M. Johannes Carline	Thomas Cuby, pauper, non
Johannes Wemys	licentiatus
M. Andreas Spens	

2 October 1496

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis fol. 114\* eiusdem secundo die mensis Octobris anno ut supra. In qua Congregacione Facultas elegit magistrum Johannem Wannand pro quodlibetario. Et in eadem Congregacione potestas erat data Decano ad recipiendum determinantes in adventu eorum.

ACTA VENERABILIS ET MAGNE NOBILITATIS VIRI MAGISTRI KAROLI FOTHERINGAME RECTORIS DE ETHGAIL DECANI FACULTATIS ARCIUM ANNO DOMINI ETC. NONAGESIMO SEXTO.

3 November 1496

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem tercio die mensis Novembris anno quo supra. In qua Congregacione Facultas elegit venerabilem et magne nobilitatis virum magistrum Karolum Fothringame rectorem de Ethgail<sup>1</sup> in decanum Facultatis Arcium. Et in eadem Congregacione continuatus fuit magister Johannes Doles in officio bursarii. Insuper in eadem Congregacione [dedit] Facultas aliquos assessores ad consulendum Decanum pro anno futuro viz. magistros Walterum Drummond

<sup>1</sup> Edzell, in Angus.

Rectorem Universitatis, David Meldrum, Robertum Ketht, Johannem Listone, Hugonem Spens, Gavinum Dunbar, Georgeum Hepburn, Johannem Edmundstown, Johannem Żong, Patricium Symson, Johannem Doles, Robertum Lenoux, Michaelem Narne, Henricum Quyt, Henricum Clerk et Jacobum Quyt, cum potestate convocandi alios in absenciis istorum.

1496-1497

fol. 115<sup>r</sup>

Nomina Determinantium anni supradicti

*In Pedagogio*

Johannes Weddail  
Georgius Lermonth  
Dominus Adam Lermonth  
Johannes Gibsone

*In Pedagogio*

Alexander Inglis  
Johannes Foulis  
Dominus Johannes Meffane  
Alexander Wan

*In Collegio*

Henricus Hepburn  
Johannes Murray  
Johannes Lambe  
Martinus Balfour  
Willelmus Setone  
Robertus Johnstone

*In Collegio*

Georgius Fresel  
Georgius Murray  
Dominus Thomas Ferry  
Johannes Smyth

13 February 1496-97

fol. 115<sup>v</sup>

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem feria secunda prime ebdomade Quadragesime pro electione temptatorum anno quo supra. In qua Congregacione Facultas elegit discretos viros in temptatores viz. magistros Johannem Wannand et Robertum<sup>1</sup> Schanwel pro regentibus, Johannem Lochmalony et Johannem Burel pro non regentibus ad examinandum intrantes dicti anni. Et admissi erant intrantes ad temptamen. Et determinantes recepti ad respondendum in Quadragesima et jurati<sup>2</sup> ut moris est.

22 March 1496-97

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem vicesimo secundo die mensis Marcii anno ut supra.

<sup>1</sup> *magistrum* scored out before this name.

<sup>2</sup> Altered from *juramenti*.

In qua Congregacione Facultas elegit discretos viros viz. magistros Adam Gilzame et David Scot in provisosos pro festo Beati Johannis Ewangeliste.

30 May 1497

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem penultima die mensis Maii pro electione examinatorum anno etc. <nonagesimo septimo>.<sup>1</sup> In qua Congregacione Facultas continuavit temptatores in examinatores ad examinandum intrantes in cameris. Insuper in eadem Congregacione erat communicatum de certis lapidibus et calce pro edificacione capelle Beati Johannis Ewangeliste spectantibus venerabili patri Abbati Sancti Columbe executori magistri Alexandri Inglis quondam archidiaconi Sanctiandree. Et Facultas dedit certos deputatos venerabiles viros viz. magistros Johannem Zong Rectorem Universitatis Sanctiandree, Karolum Fothringame Decanum Facultatis Arcium, Johannem Edmundstown rectorem de Felort,<sup>2</sup> ad communicandum tractandum et finiendum cum prefato venerabili patre, qui in modo qui sequitur concluderunt et finierunt secundum vim formam et tenorem indenture sequentis approbate et ratificate per totam Facultatem in Congregacione generali magistrorum tenta septimo die mensis Junii anno quo supra.

7 June 1497

Hec indentura<sup>3</sup> facta apud civitatem Sanctiandree die fol. 116<sup>r</sup> septimo mensis Junii anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo inter venerabilem in Cristo patrem Thomam permissione divina Abbatem monasterii

<sup>1</sup> In the margin. Altered from *anno quo supra*.

<sup>2</sup> Philorth, in Aberdeenshire.

<sup>3</sup> A copy of this indenture is also found in *Reg. Evid. et Priv.*, fols. 45<sup>r</sup>-46<sup>r</sup>.

Sancti Columbe<sup>1</sup> executorem testamenti et bonorum quondam venerabilis et egregii viri magistri Alexandri Inglis dudum archidiaconi Sanctiandree ac Conservatoris privilegiorum eiusdem ex una et venerabiles viros Karolum Fothringame Decanum Facultatis Arcium et Facultatem eiusdem partibus ex altera, in se proportat continet et testatur quod dictus venerabilis pater attendens sinceram et piissimam affectionem quam dictus quondam archidiaconus circa promocionem studii generalis Universitatis Sanctiandree et presertim circa incrementum statum et prosperitatem alme Facultatis Arcium reparacionemque et edificiorum augmentum pedagogii Facultatis antedictae in vita sua gessit et habuit, prout ipse venerabilis pater executor predictus pro presenti gerit et habet, ac pro salute anime dicti quondam magistri Alexandri necnon parentum et amicorum suorum ac omnium fidelium defunctorum, certos lapides pro edificio aptatos et non aptatos et calcem sive sementum in magna quantitate ex sue liberalitatis speciali motu ac gratissimo et liberalissimo caritatis dono dictis dominis Decano et Facultati Arcium ac Petagogio eiusdem concessit assignavit et donavit ac per presentes concedit assignat et donat. Quodque considerantes dicti Decanus et Facultas prefati venerabilis in Cristo patris liberalissimum ac devotissimum erga eos et Facultatem predictam animi affectum volentesque sic temporalia ad augmentum studii seminanti oraciones spirituales et exoraciones devotissimas libenti animo refundere ut spiritualia eterne vite suffragia in celesti regno idem dominus archidiaconus percipiat gratis devotis ac libentissimis animis pro se et successoribus ipsorum Decani et Facultatis Arcium unanimi consensu assensu et mente concessit et concesserunt Quodque prefati Decanus et Facultas suorumque successores exequias mortuorum viz. Placebo <et><sup>2</sup> Dirige in die obitus ipsius quondam magistri Alexandri archidiaconi in choro ecclesie parochialis Sanctiandree cum cantu et missa in crastino eodem modo de requie in magno altari facient annuatim celebrari perpetuis temporibus duraturis

<sup>1</sup> Thomas, Abbot of Incheolm.

<sup>2</sup> *et* added above the line.

de communi bursa dicte Facultatis.<sup>1</sup> Verum ut amplior huiusmodi clarescetur patefactio predicti Decanus et Facultas pro se et successoribus suis sub strictissima obligationis forma promiserunt et se firmiter bona fide obligarunt prout obligant quod si a dictarum exequiarum celebracione cessarent notorie quadraginta libras monete Scocie prefato venerabili in Cristo patri persolverent sine quacumque contradictione obstaculo impedimento revocacione fraude seu dolo quo forte quod absit deficiente heredibus masculis proximioribus dicti quondam magistri Alexandri pro salute anime sue et animarum suprascriptarum in piis usibus applicandas et exponendas subicientes se in premissis coercioni dominorum Rectoris et Conservatoris Universitatis predictae necnon domini Archiepiscopi Sanctiandree non obstantibus privilegiis Universitatis et Facultatis predictarum. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum parti huiusmodi indenture cum dictis Decano et Facultate remanenti sigillum autenticum dicti venerabilis in Cristo patris et alteri parti eiusdem indenture eidem venerabili patri deliberate sigillum dicte Facultatis unacum sigillo Universitatis Sanctiandree sunt appensa anno die mense et loco suprascriptis. Acta et conclusa erant hec in generali Congregacione Facultatis Arcium anno mense et die quibus supra.

Johannes Bosuel Bedellus Facultatis Arcium teste manu propria.

*No date*

Obitus<sup>2</sup> venerabilis et egregii viri colendissime memorie fol. 116<sup>v</sup>  
magistri Alexandri Inglis decretorum doctoris quondam decani Dunkeldensis archidiaconi Sanctiandree Conservatorisque privilegiorum Universitatis eiusdem ac consilarii illustrissimorum Jacobi secundi tercii et quarti Regum Scocie die vicesimo quinto mensis Februarii anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto.

<sup>1</sup> The accounts in the Bursar's Book show that the Faculty did fulfil this obligation.

<sup>2</sup> This obit is written as an inscription in large Gothic letters.

1497

Nomina Licenciatorum de anno etc.  
nonagesimo septimo

Ma. Johannes Hwme	Georgeus Ogstoun
Alexander Inglis	Dominus Johannes Lawson
Alexander Douglas	M. Walterus Hantone, pauper
Malcolmus Arnot	Johannes Blacater
Ma. dominus Duncanus Makarthur	Henricus Banerman
Ma. Patricius Schaw	M. Jacobus Bonar, pauper
Ma. dominus Thomas Cowe	Dominus Thomas Buyl, pauper,
Ma. Johannes Schawquhar, pauper	non licentiatuſ

2 October 1497

fol. 117r

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem secundo die mensis Octobris anno ut supra. In qua Congregacione Facultas elegit magistrum Robertum Schanwel pro quodlibetario. Et in eadem Congregacione potestas erat concessa Decano ad recipiendum determinantes in adventu eorum.

ACTA VENERABILIS ET MAGNE SCIENCIE VIRI MAGISTRI PATRICII SYMSON RECTORIS DE DENENNOCH DECANI FACULTATIS ARCIUM ANNO ETC. NONAGESIMO SEPTIMO.

3 November 1497

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem tercio die mensis Novembris anno quo supra. In qua Congregacione Facultas elegit venerabilem et magne sciencie virum magistrum Patricium Symson rectorem de Denennoch<sup>1</sup> in decanum Facultatis Arcium. Et in eadem Congregacione continuatus fuit magister Johannes Doles in officio bursarii.

Insuper in eadem Congregacione Facultas dedit aliquos assessores ad consulendum Decanum in agendis pro anno futuro viz. magistros Johannem 3ong Rectorem Universitatis, David Meldrum, Johannem Listone, Hugonem Spens, Gavinum Dunbar, Karolum Fothringame, Alexandrum Howme, Johannem Lochmalony, Henricum Clerk,

<sup>1</sup> Dunino, near St. Andrews.

Michaelem Narne,<sup>1</sup> Johannem Doles, Robertum Lenoux et Jacobum Quyt, cum potestate convocandi alios in absenciis istorum.

1497-1498

Nomina Determinancium anni supradicti

*Primus actus in Collegio*

Jacobus Edmundstown  
Gilbertus Cranstone  
Jacobus Creichtone  
Dominus Willelmus Quyt  
Petrus Chaplane  
Johannes Done, pauper

*Secundus [actus] in Pedagogio*

Robertus Lundy  
Johannes Song, pauper  
Dominus Johannes Wilson, pauper

*Tertius [actus] in Pedagogio*

Jacobus Wechard  
Alexander Arbuthnoh  
Johannes Baxstar, pauper

*In Collegio*

Jacobus Lyn, pauper  
Robertus Fyff, pauper

*In Pedagogio*

Thomas Stewart  
Johannes Adamson, pauper

13 November 1497

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis fol. 117<sup>v</sup> eiusdem decimo tercio die mensis Novembris anno quo supra. In qua Congregacione deliberatum erat concorditer per magistros et conclusum per Decanum quod Bursarius levabit litteras Conservatoris privilegiorum Universitatis Sanctiandree secundum formam actorum, monendo omnes et singulos licenciatos in Facultate Arcium de anno etc. nonagesimo sexto et de anno nonagesimo septimo quod recipiant<sup>2</sup> insignia magistralia infra xxi dies vel solvant summam contentam in statuto super hoc edito sub pena excommunicacionis, quam termino elapso de facto incurrant. Item in eadem Congregacione Facultas toleravit nobilem juvenem Thomam Lundy<sup>3</sup> filium domini de Lundy exponere in festo suo baccalariatus ultra summam decem librarum contentam in statuto super hoc edito de novo, eciam dispensando secum de juramento. Item<sup>4</sup> in eadem Congregacione conclusum erat quod deinceps sit statutum in

<sup>1</sup> The last letter of this name is indistinct.

<sup>2</sup> Altered from *recipient*.

<sup>3</sup> The name appears as Robertus Lundy among the determinants and as Thomas Lundy among the licentiates. It was Thomas who was incorporated in 1495 (*Early Records*, 194). This may be an example of a baron sending his son to the 'sculis' in terms of the act of 1496 (see above, p. 254 n).

<sup>4</sup> A pointing hand in the margin marks this item.

Facultate Arcium instar statuti Universitatis quod nullus studens in eadem Facultate ludat ad pilam pedalem sub pena amissionis temporis, eciam quod dominus Rector ponat<sup>1</sup> litteras suas in valvis ecclesiarum monentes omnes et singulos studentes Universitatis ne de cetero ludant ad pilam pedalem sub pena excommunicacionis.

26 November 1497

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem vicesimo sexto die mensis Novembris. In qua Congregacione supplicavit dominus Andreas Stewart licenciatus in artibus quatenus commissarius Conservatoris suspenderet litteram quo ad eum penes receptionem birreti usque ad festum Sancti Petri quod dicitur ad Vincula,<sup>2</sup> et tunc sine ulteriori delacione cessantibus legitimis impedimentis compleret formalia sua vel solveret Bursario Facultatis xl s.

16 January 1497-98

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem xvi [die] mensis Januarii anno quo supra. In qua Congregacione receptus fuit ad regenciam magister Thomas Ramsay in Pethagogio ad mandatum domini Ducis postulati.<sup>3</sup>

5 March 1497-98

fol. 118<sup>r</sup> Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem feria secunda prime ebdomade Quadragesime pro electione temptatorum anno quo supra. In qua Congregacione Facultas elegit discretos viros in temptatores viz. magistros Thomam Ramsay et David Scot pro regentibus, Johannem Hay et Johannem Schawquhy pro non regentibus ad examinandum intrantes dicti anni. Et admissi erant

<sup>1</sup> *ponent* in text.

<sup>2</sup> 1 August.

<sup>3</sup> The King's brother James Stewart, Duke of Ross, was postulated as Commendator of St. Andrews after the death of Archbishop Schevez on 28 January 1496-97 (*Archbishops*, i, 146, 183-4). The king was in St. Andrews about the beginning of February (*T.A.*, i, 376).

intransentes ad temptamen et determinantes recepti ad respondendum in Quadragesima et jurati ut moris est.

23 *March* 1497-98

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem vicesimo tercio die mensis Marcii anno quo supra. In qua Congregacione Facultas elegit discretos viros viz. magistros Thomam Cowe et Fynlaum Forest in provisosores pro festo Beati Johannis Ewangeliste.

7 *May* 1498

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem die septimo mensis Maii anno Domini etc. nonagesimo octavo. In qua Congregacione erant electi magister Johannes Dolace, magister Jacobus Quyt, magister Robertus Lennoux et magister Michael Narne ad audiendum compositum provisorum festi Sancti Joahnnis Ewangeliste. Insuper ordinatum erat in eadem Congregacione quod capellani cantantes vespervas et missam haberent deinceps pro laboribus suis quatuor solidos, duos viz. de bursa communi Facultatis Arcium et duos solidos de bursa communi Universitatis. Item in eadem Congregacione magister Kennycus Suderland supplicavit pro litteris testimonialibus et recommendatiis, que erant sibi concesse. Item<sup>1</sup> ordinatum erat in eadem Congregacione quod regentes Facultatis Arcium non legerent neque inciperent<sup>2</sup> novos cursus sive novam viam ad placitum illorum nisi prius habita matura deliberacione Decani et Facultatis Arcium.

10 *June* 1498

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem decimo die mensis Junii anno Domini etc. nonagesimo octavo. In qua Congregacione Facultas continuavit temptatores in examinatores, et dispensatum fuerat cum intransentibus de tempore standi in cameris.

<sup>1</sup> In left-hand margin, a pointing hand and *Notandum*: in right margin, an asterisk.

<sup>2</sup> *inceperent* in text.

1498

fol. 118<sup>v</sup>

Nomina Licenciatorum de anno etc.  
nonagesimo octavo

Henricus Hepburne	Ma. Johannes Hay
Andreas Halyburntone	Alexander Lesly
Georgeus Knowis	Ma. Johannes Foulis
Jacobus Knowis	Ma. Martinus Balfour
Ma. Johannes Gardin	Alexander Lermonth
Ma. Alexander Arbuthnocht	Ma. Alexander Medmest
Ma. Georgeus Lermonth	Dominus Robertus Johnson
Ma. Georgeus Fresel	Thomas Palmar
Ma. Johannes Murray	

2 October 1498

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem secundo die mensis Octobris anno ut supra. In qua Congregacione Facultas elegit magistrum David Scot pro quodlibetario. Insuper presentati erant aliqui studentes ad determinandum jurati et recepti, et potestas erat data Decano ad recipiendum absentes. Et regentes elegerunt libros ad legendum studentibus pro forma.

fol. 119<sup>r</sup>

ACTA VENERABILIS ET MAGNE NOBILITATIS VIRI MAGISTRI DAVID SETONE RECTORIS DE FETHIRCARNE DECANI FACULTATIS ARCIUM ANNO DOMINI ETC. NONAGESIMO OCTAVO.

3 November 1498

Congr[eg]acione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem tercio die mensis Novembris anno quo supra. In qua Congregacione Facultas elegit venerabilem et magne nobilitatis virum magistrum David Setone rectorem de Fethircarne<sup>1</sup> in decanum Facultatis Arcium. Et in eadem Congregacione Facultas elegit magistrum Thomam Ramsay in officio Bursarii.

Insuper in eadem Congregacione Facultas dedit aliquos assessores ad consulendum Decanum pro anno futuro viz. magistros Johannem Liston Rectorem Universitatis, David Meldrum, Hugonem Spens, Johannem Zong, Patricium Symson, Karolum Fothringame, Willelmum Gund,

<sup>1</sup> Fettercairn, in Kincardineshire.

Michaellem Narne, Robertum Lenoux, Jacobum Quyt, et Robertum Davidson, cum potestate convocandi alios in absenciis istorum.

1498-1499

Nomina Determinantium anni supradicti

*Primus actus in Collegio*

Michael Thomson  
Georgius Alanson  
Patricius Clerk  
Jacobus Haswel  
Johannes Castaris  
Alexander Duncanson } pauperes

Ricardus Richartson  
Willelmus Paxstown  
Johannes Ramsay  
David Hay } pauperes

*Tertius [actus] in Pedagogio*

David Ramsay  
Edwardus Ramsay  
Jacobus Smytht  
Johannes Wilson  
Michael Steil, pauper<sup>1</sup>

*Secundus [actus] in Collegio*

Thomas Kar  
Georgius Kar

18 February 1498-99

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis fol. 119<sup>v</sup> eiusdem feria secunda prime ebdomade Quadragesime pro electione temptatorum anno quo supra. In qua Congregatione Facultas elegit discretos viros in temptatores viz. magistros Wilelmum Gwnd et Fynlayum Forest pro regentibus, Johannem Narne et Johannem Strachaquhen pro non regentibus ad examinandum intrantes dicti anni. Et in eadem Congregatione admissi erant intrantes ad temptamen. Et determinantes recepti ad respondendum in Quadragesima et jurati ut moris est.

24 March 1498-99

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem vicesimo quarto die mensis Marcii anno ut supra. In qua Congregatione Facultas elegit discretos viros viz. magistros Johannem Burel<sup>2</sup> et Johannem Strachaquhen in provisosores pro festo Beati Johannis Ewangeliste.

27 May 1499

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem vicesimo septimo die mensis Maii anno Domini etc.

<sup>1</sup> This name was entered in the fourth place, and scored out, then entered here, in the last place.

<sup>2</sup> Altered from *Finlayum Forest*.

nonagesimo nono pro electione examinatorum. In qua Congregacione Facultas continuavit temptatores in examinatos ad examinandum intrantes in cameris et dispensatum erat cum intrantibus de tempore standi in cameris.

1499

Nomina Licenciatorum de anno Domini etc.  
nonagesimo nono

Ma. Jacobus Edmundstone	Ma. dominus Willelmus Quhyt
Ma. Thomas Lundy	Ma. dominus Jacobus Lyn
Ma. Jacobus Wyschart	Ma. Petrus Chaplane, recessit ante licenciam <sup>1</sup>
Ma. Gilbertus Cranstone	Willelmus Setone
Ma. Jacobus Crechton	Dominus Robertus Fyff
Ma. dominus Johannes Meffane	

2 October 1499

fol. 120<sup>r</sup>

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem secundo die mensis Octobris anno quo supra. In qua Congregacione Facultas elegit magistrum Fynlayum Forest in officio quodlibetarii. Et in eadem Congregacione Facultas dedit potestatem recipiendi determinantes.

ACTA VENERABILIS ET MAGNE CIRCUMSPECTIONIS VIRI  
MAGISTRI MICHAELIS NARNE VICARII DE INNERKELOWR  
DECANI FACULTATIS ARCIUM ANNO DOMINI ETC. NONAGESIMO  
NONO.

3 November 1499

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem tercio die mensis Novembris anno quo supra. In qua Congregacione Facultas elegit venerabilem et magne circumspectionis virum magistrum Michaellem Narne vicarium de Innerkellour<sup>2</sup> in decanum Facultatis Arcium.

Et in eadem Congregacione continuatus erat magister Thomas Ramsay in officio bursarii Facultatis Arcium. Insuper in eadem Congregacione Facultas dedit aliquos assessores ad consulendum Decanum pro anno futuro viz. magistros David Setone Rectorem Universitatis, David

<sup>1</sup> It is not stated how he obtained his master's grade, but he apparently went to Paris (Major, *History*, 439).

<sup>2</sup> Inverkeilor, in Angus.

Meldrum, Johannem Listone, Hugonem Spens, Patricium Symsonem, Johannem Zong, Karolum Fothringame, Wilelmum Gund, Robertum Lenoux, Thomam Ramsay et Jacobum Quyt, cum potestate convocandi alios in absenciis istorum.

1499-1500

Nomina Determinantium anni suprascripti

*Primus actus in Pedagogio*

Andreas Makbrak  
Alexander Makbrak  
Andreas Bonar

*In Pedagogio*

Alexander Setone  
Walterus Ramsay, pauper

*Secundus [actus] in Collegio*

Alexander Balfour	} pauperes
Alexander Ramsay	
Dominus David Bane	
Johannes Doby	
Bertholomeus Lewynstone	
Wilelmus Cunyngame	

*In Collegio*

Willelmus Stewart  
Johannes Moryson, pauper  
Donaldus Brys, pauper

10 February 1499-1500

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scholis fol. 120<sup>v</sup> eiusdem decimo die mensis Februarii anno Domini etc. nonagesimo nono occasione quorundam licenciatorum consilio quorundam regencium fretorum cathedram magistralem indigne ante solis ortum pro gradu magisterii consequendo contra antiquas laudabiles consuetudines et statuta Facultatis ascendencium, gradum magisterii cum ingenti obprobrio et ignominia consequencium, famam propriam et honorem et eciam matris nostre Facultatis penitus postponendo, ex quorum ignominiosa<sup>1</sup> promocione alma mater nostra Facultas magnum scandalum et dispendium perpressa nullam gloriam vel utilitatem in talibus suis suppositis ut pote consuevit reportat. Primo pro honore dedecus<sup>2</sup> et pro gloria confusionem se fore adeptam dolet et tristatur. Proinde alma mater nostra Facultas<sup>3</sup> prelibata in suis suppositis copiose congregata, plangens de ante actis transgressionibus et de futuris precavere volens, unanimi

<sup>1</sup> *ignomeniosa* in text.

<sup>2</sup> *dedicus* in text.

<sup>3</sup> *Arcium* cancelled.

consensu Decano concludente ordinavit et irrefragabiliter deliberavit quod ammodo et deinceps nullus magister in dicta Facultate regens vel non regens actum publicum celebraturus ad minus *ante horam octavam*<sup>1</sup> de die cathedram magistralem presumat ascendere sub penis periurii et resecationis, nec dictis actibus intersit nisi statutis antiquis de vocacione et numero magistrorum ad scolas et aulam invitandorum cum magna moderacione conceptis penitus et omnino in suo robore observatis. Si quis autem magistrorum in dicta Facultate regencium vel non regencium contra predicta attemptare temerarie presumpserit statutorum et conclusionum eiusdem Facultatis, quod satis grave est si bene perpendat, se noverit violatorem.

9 March 1499-1500

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem feria secunda prime ebdomade Quadragesime pro electione temptatorum anno quo supra. In qua Congregacione Facultas elegit discretos viros in temptatores viz. magistros Thomam Ramsay et Johannem Burel pro regentibus, Thomam Cowe et Wilelmum Quyt pro non regentibus ad examinandum intrantes dicti anni. Et in eadem Congregacione admissi erant intrantes ad temptamen. Et determinantes recepti ad respondendum in Quadragesima ut moris est.

23 March 1499-1500

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem vicesimo tercio die mensis Marcii anno ut supra. In qua Congregacione Facultas elegit discretos viros viz. magistros Robertum Burn et Alexandrum Martyn in provisos pro festo Beati Johannis Ewangeliste.

9 May 1500

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem nono die mensis Maii anno Domini millesimo

<sup>1</sup> These words are underlined: there is a pointing hand in the margin with *Notandum*. See *Statutes*, 39.

quingentesimo pro electione examinatorum. In qua Congregacione Facultas continuavit temptatores in examinatos ad examinandum intrantes in cameris, et dispensatum erat cum intrantibus de tempore standi in cameris.

1500

Nomina Licenciatorum de anno Domini  
millesimo quingentesimo

Ma. Thomas Kar  
Ma. Georgeus Kar  
David Ramsay  
Edwardus Ramsay

Ma. Ricardus Richartson  
Ma. Jacobus Haswel  
Dominus Johannes Wilsone

2 October 1500

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem secundo die mensis Octobris anno quo supra. In qua Congregacione Facultas elegit magistrum [ ]<sup>1</sup> pro quodlibetario. Insuper presentati erant aliqui studentes ad determinandum jurati et recepti. Et potestas erat data Decano ad recipiendum absentes. Et regentes elegerunt libros ad legendum studentibus pro forma.

ACTA VENERABILIS ET MAGNE SCIENCIE VIRI MAGISTRI fol. 121<sup>v</sup>  
PATRICII SYMSONE RECTORIS DE DENENNOCH DECANI  
FACULTATIS ARCIUM ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGEN-  
TESIMO.

3 November 1500

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem tercio die mensis Novembris anno quo supra. In qua Congregacione Facultas elegit venerabilem virum et magne sciencie virum magistrum Patricium Symson rectorem de Denennoch<sup>2</sup> in decanum Facultatis Arcium. Et in eadem Congregacione continuatus fuit magister Thomas Ramsay in officio bursarii.

Insuper in eadem Congregacione Facultas dedit aliquos assessores ad consulendum Decanum pro anno futuro viz. magistros David Setone Rectorem Universitatis, David

<sup>1</sup> Blank in text.

<sup>2</sup> Dunino, near St. Andrews.

Meldrum, Johannem Listone, Hugonem Spens, Johannem Zong, Karolum Fothringame, Willelmum Gund, Gilbertum Strathaquhyn, Thomam Ramsay, Robertum Lenoux, Johannem Andersone et Jacobum Quyt, unacum potestate convocandi alios in absenciis istorum.

1500-1501

Nomina Determinancium anni suprascripti

<i>Primus actus in Collegio</i>	Johannes Spens
Archibaldus Tod	
Thomas Scot	<i>Tertius actus in Collegio</i>
Johannes Quyt	Robertus Hakat
	Jacobus Mason
<i>Secundus actus in Collegio</i>	
Jacobus Moubray	<i>Quartus actus in Pedagogio</i>
Robertus Grahame	Jacobus Lauder
Anselmus Robertson	David Lauder

1 *March* 1500-01

fol. 122<sup>r</sup>

Congregacione<sup>1</sup> Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem [feria secunda] prime ebdomade Quadragesime pro electione temptatorum anno quo supra. In qua Congregacione Facultas elegit discretos viros in temptatores viz. magistros Jacobum Strathaquhyn et Jacobum Lyn pro regentibus, Gilbertum Strathaquhyn et Thomam Kar pro non regentibus ad examinandum intrantes dieti anni. Et in eadem Congregacione admissi erant intrantes ad<sup>2</sup> temptamen et determinantes recepti ad respondendum in Quadragesima ut moris est.

22 *March* 1500-01

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem vicesimo secundo die mensis Marcii anno quo supra. In qua Congregacione Facultas elegit discretos viros viz. magistros Robertum Prestone et Wilelmum Quyt in provisos pro festo beati Johannis Ewangeliste.

<sup>1</sup> There is a pointer in the margin opposite this minute.

<sup>2</sup> Changed from *pro*.

16 May 1501

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem decimo sexto die mensis Maii anno Domini millesimo quingentesimo primo pro electione examinatorum. In qua Congregacione Facultas continuavit temptatores in examinatores ad examinandum intrantes in cameris et dispensatum erat cum intrantibus de tempore standi in cameris.

1501

Nomina licenciatorum de anno Domini millesimo quingentesimo primo

Ma. Wilelmus Stewart	Ma. dominus Jacobus Smyth
Jacobus Lauder	Dominus Patricius Clerk
Ma. Alexander Setone	Ma. Bertholomeus Lewynstown
David Lauder	Dominus David Banys
Archibaldus Tod	Ma. Andreas Bonar
Ma. Andreas Makbrek, <sup>1</sup> cum fratre	Ma. Alexander Ramsay
Alexandro Makbrek	Alexander Duncanson
Thomas Scot	

CONTINUACIO VENERABILIS ET MAGNE SCIENCIE VIRI MAGI- fol. 122<sup>v</sup>  
STRI PATRICII SYMSON IN OFFICIO DECANI FACULTATIS AR-  
CIUM ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO PRIMO.

3 November 1501

Tercio die mensis Novembris accessit Decanus Facultatis ad Pedagogium pro electione novi decani. Et quia non patebat ingressus ad scholas arcium<sup>2</sup> ideo cum consensu omnium magistrorum ibi existentium continuata erat Congregacio pro electione Decani ad scholas Collegii et ibi continuatus erat magister Patricius Symson in officio Decani Facultatis Arcium pro anno futuro et Bursarius in officio suo.

Insuper in eadem Congregacione Facultas dedit aliquos

<sup>1</sup> Andrew McBrek was the King's chaplain and almoner when provided to the abbacy of Cambuskenneth in 1509 (*Letters of James IV*, Nos. 255, 256.)

<sup>2</sup> Probably owing to building activities or to the outbreak of plague. The Bursar's account was rendered in the hall of the Pedagogy on 29 November, but it gives no details.

assessores prius nominatos ad consulendum eundem pro eodem anno unacum potestate convocandi alios in absenciis istorum. Et in eadem Congregacione electus erat magister Johannes Burel in quodlibetario.

1501-1502

Nomina Determinantium anni suprascripti<sup>1</sup>

Georgius Hay  
Gilbertus Kennydy  
David Dalglys

Jacobus Lyn  
Alexander Lowsone

1504

fol. 123<sup>v</sup>

ACTA MAGNE NOBILITATIS VIRI MAGISTRI THOME KER IN DECRETIS BACULARII RECTORIS DE 3HETTEM DECANI FACULTATIS ARCIUM ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO QUARTO.

4 November 1504

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem quarto die mensis Novembris anno quo supra. In qua Congregacione Facultas elegit magne nobilitatis virum magistrum Thomam Ker rectorem de 3hettem<sup>2</sup> in decanum Facultatis Arcium. Et in eadem Congregacione continuatus fuit magister Thomas Ramsay in officio bursarii. Insuper in eadem Congregacione Facultas elegit aliquos assessores ad consulendum Decanum pro anno futuro viz. magistros Johannem Liston Rectorem Universitatis, Georgium Hepburne decanum Dunkeldensem,<sup>3</sup> Walterum Drummond decanum Dunblanensem, Hugonem Spens rectorem de Kenbak, Johannem 3wng canonicum Dunkeldensem, Johannem Maitland subdecanum Rossensem, Johannem Burrell rec-

<sup>1</sup> After this list there is a blank in the *Acta* until 1504. On folio 123<sup>v</sup> the minutes of the Faculty of Philosophy of 9 January 1666 have been interpolated. There is a similar gap covering the years 1501 to 1503 in the *Acta Rectorum*. A new scribe takes over from John Boswell, the Beadle, who had introduced the *Acta* of every new Dean with decorative headings in bold lettering from 1488 onwards. At Glasgow teaching was discontinued in October 1501 because of plague, and the records do not begin again until the end of June 1502 (*Munimenta*, ii, 278).

<sup>2</sup> Yetholm, in Roxburghshire.

<sup>3</sup> Brother of Prior John Hepburn (*R.M.S.*, ii, No. 3052).

torem de Denemoch,<sup>1</sup> Jacobum Watson rectorem de Hellem,<sup>2</sup> cum potestate convocandi alios in absentia istorum.

## 1504-1505

## Nomina Determinantium anni supradicti

*In Collegio*

Jacobus Wilkinson, pauper

Petrus Browne, solvit  
Ninianus Ormston, solvit  
Wilelmus Clark, solvit  
Georgius Chaiplane, pauper  
Jacobus Haliburton, solvit

*In Collegio*

Alexander Murray, solvit  
Alanus Boward, solvit

## 10 February 1504-05

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem feria secunda ebdomade<sup>3</sup> prime Quadragesime pro electione temptatorum anno quo supra. In qua Congregatione Facultas elegit in temptatores magistrum Jacobum Lyn et magistrum Johannem Doby<sup>4</sup> pro regentibus, magistrum Thomam Cowe et magistrum Georgium Ker pro non regentibus, ad examinandum intrantes dicti anni, et admissi erant intrantes ad temptamen et determinantes recepti ad respondendum in Quadragesima et jurati ut moris est. In qua eciam Congregatione supplicavit magister Johannes Burrell pro Jacobo Mowbray quod Facultas dispensaret secum de tempore et audicione librorum et textus Aristotelis, cui annuebat Facultas dummodo contribueret Facultati xl sol.; et in eadem [Congregatione] fuit conclusum quod deinceps nulli admittantur nisi servatis statutis et constitutionibus prius factis.

## 15 March 1504-05

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem xv die mensis Marcii anno quo supra. In qua Congregatione Facultas elegit discretos viros magistros Johannem Doby, Jacobum Wischart in provisores pro festo Beati Johannis Ewangelisti.

<sup>1</sup> Dunino, near St. Andrews.

<sup>2</sup> Ellem, near Duns, Berwickshire.

<sup>3</sup> *ebdomida* in text.

<sup>4</sup> He determined in 1499-1500, and probably continued his studies during the unrecorded years.

15 May 1505

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem xv<sup>1</sup> mensis Maii anno quo supra ad eligendum<sup>2</sup> auditores computi provisorum festi Beati Johannis. In qua Congregacione erant electi magistri Johannes Burrell, Jacobus Quhyt, Georgius Leirmonth, Jacobus Lyn.

21 May 1505

fol. 124<sup>r</sup>

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem xxi die mensis Maii anno quo supra ad eligendum<sup>3</sup> examinatores ad examinandum intrantes in cameris. In qua Congregacione Facultas continuavit temptatores in examinatores. In qua eciam Congregacione magister Thomas Ramsay supplicavit pro Johanne Wemis, ex quo complevit omnia formalia ad cameras, quod admitteretur ad cameras in adventu, cui Facultas annuebat si venerit in tempore quo alii sunt in cameris, alias non.<sup>4</sup> Insuper fuit conclusum in eadem Congregacione pro honore Facultatis juxta laudabilem consuetudinem quod junior temptatorum faciat propositionem publicam in vico pro baculariis ponendis in cameris ut moris est vel per se vel per alium, et dispensatum fuit cum intrantibus de tempore standi in cameris.

1505

Nomina Licenciatorum anno quingentesimo quinto

David Dischenton

Gavinus Ogilby	}
Dominus Johannes Meldrum	
Dominus Thomas Lermonth	
Robertus Lawson	
Dominus Johannes Quhyt	

<sup>1</sup> Originally written *avi*.<sup>2</sup> *elegendum* in text.<sup>3</sup> *elegendum* in text.<sup>4</sup> He does not appear among the licentiates until the following year.

2 October 1505

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem 2<sup>o</sup> die mensis Octobris anno ut supra. In qua Congregacione Facultas elegit magistrum Georgium Ker pro quodlibetario. Insuper presentati erant aliqui studentes ad determinandum jurati et recepti, et potestas erat data Decano ad recipiendum absentes, et regentes elegerunt libros ad legendum studentibus pro forma.<sup>1</sup>

ACTA VENERABILIS ET CIRCUMSPECTI VIRI MAGISTRI MICHAELIS NARNE VICARII DE FERGOUND DECANI FACULTATIS ARCIUM ANNO DOMINI 1<sup>m</sup> QUINGENTESIMO QUINTO. fol. 124<sup>r</sup>

3 November 1505

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem tercio die mensis Novembris anno quo supra. In qua Congregacione Facultas elegit venerabilem et magni circumspectionis virum magistrum Michaellem Narne vicarium de Fergound<sup>2</sup> in decanum Facultatis Arcium. Et in eadem Congregacione electus erat magister Johannes Narne in bursarium, set ipse de consensu Facultatis cessit magistro Jacobo Lyn regenti principali Pedagogii, qui manucepit officium bursarii.

Insuper in eadem Congregacione Facultas dedit assessores aliquot ad assistendum et ad consulendum Decanum pro anno futuro viz. magistrum David Spens Rectorem Universitatis, Hugonem Spens Prepositum Collegii Sancti Salvatoris ac officialem Sanctiandree, Georgeum Hepburn decanum Dunkeldensem, Walterum Drummond decanum Dunblanensem, Thomam Ramsay rectorem de Kenbak, Johannem Burel rectorem de Dunenoch, Johannem Zong canonicum Dunkeldensem, Carolum Fothringahme rectorem de Adzell, Thomam Ker rectorem de Zethame, Walterum Smaw cancellarium Dunkeldensem, Adam Quhitlaw rectorem de Gougar, Georgeum Ker vicarium de Langton et

<sup>1</sup> Half a page left blank.

<sup>2</sup> Forgan, in Fife.

Jacobum Quhite, cum potestate vocandi alios in absenciis istorum.

1505-1506

Nomina Determinantium anni suprascripti

<i>Primus actus in Collegio</i>	Thomas Williamone
Johannes Frissaile	Dominus Alexander Scot
Alexander Levingstone	Georgeus Langmur
Franciscus Ballone	Johannes Wellok
Dominus Jacobus Redeheuch	Jacobus Megot
David Abircrummy	Jacobus Huntare
Henricus Guthyn	Dominus Johannes Irlande <sup>1</sup>
Johannes Thomsonsone	Johannes Wilsonsone
Rogerus Menzeis	Johannes Campbell
	Robertus Nesbit
<i>Secundus actus in Pedagogio</i>	Thomas Broune
Thomas M'Lellane	

2 March 1505-06

fol. 125r

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem feria secunda prime ebdomade Quadragesime pro electione temptatorum<sup>2</sup> anno quo supra. In qua Congregatione Facultas elegit discretos viros temptatores viz. magistrum<sup>3</sup> Jacobum Lyn et magistrum Martinum Balfour pro regentibus, magistrum Johannem Doby et magistrum Alexandrum Setone pro non regentibus ad examinandum intrantes dicti anni. Et in eadem Congregatione admissi erant intrantes ad temptamen. Et determinantes recepti erant ad respondendum in Quadragesima ut moris est. Insuper in predicta Congregatione venerabilis vir magister Johannes Hervy<sup>4</sup> receptus erat in Facultate Arcium exacto prius ab eodem juramento secundum formam statutorum.

30 March 1506

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem penultimo die mensis Marcii anno <Domini m<sup>c</sup> quingentesimo sexto>.<sup>5</sup> In qua Congregatione Facultas

<sup>1</sup> Altered from *Thomas Irland*.

<sup>2</sup> *temptorum* in text.

<sup>3</sup> *magistros* in text.

<sup>4</sup> He came from Paris (Major, *History*, xxxviii).

<sup>5</sup> Added in the margin, altered from *anno supradicto*.

elegit discretos viros magistros viz. Jacobum Lyn et Alexandrum Balfoure in provisos pro festo Sancti Johannis Ewangeliste.

11 *May* 1506

Congregacione facta in Facultate Arcium die undecimo mensis Maii anno Domini millesimo quingentesimo sexto in novis scolis eiusdem Facultatis pro electione examinatorum. In qua Congregacione Facultas continuavit temptatores in examinadores ad examinandum intrantes in cameris et dispensatum erat cum intrantibus de tempore standi in eisdem.

Quo die supplicatum fuit per magistrum Johannem Burell quatenus Facultas admitteret Jacobum Mowbray ad magnum examen pro gradu magisterii non obstante quod idem Jacobus non stetit continue post admissionem sibi per Facultatem graciose concessam sed interruppebat studium usque ad predictum examen contra formam statutorum prout sibi iniunctum fuerat in huiusmodi admissione. Facultas aliquamdiu avisata tandem annuit supplicacioni hac condicione adiecta scilicet quod staret magister in Universitate post actum licencie ad sex septimanas exercendo se diligenter in studio eiusdem pro tempore prius perduto et omissio, quo non stante sic ut preactum est contribueret Facultati absque misericordia xl solidos.

1506

Nomina Licenciatorum anni quingentesimi sexti

Jacobus Gray  
Dominus Johannes Wemys  
Jacobus Mowbray  
Alexander Murray  
Petrus Broune

Dominus Willelmus Clerk  
Erasmus Aikman  
Jacobus Wilkestone  
Jacobus Halyburtone  
Georgeus Petillo

27 *May* 1506

Congregacione Facultatis [Arcium] tenta in novis scolis fol. 125<sup>v</sup>  
eiusdem xxvii die mensis Maii anno supradicto pro electione

auditorum <computi><sup>1</sup> provisorum festi Beati Johannis. In qua Congregacione electi erant magistri Thomas Ramsay, Johannes Doby, Georgeus Lermonth et Jacobus Quhite ad audiendum dictum computum. Et in eadem Congregacione receptus erat in Facultatem vir doctus magister Johannes Carpentarii juratus in facie Facultatis secundum formam statutorum.

4 August 1506

Congregacione Facultatis [Arcium] tenta in novis scholis eiusdem quarto die mensis Augusti anno Domini quo supra occasione electionis novi bedelli postquam Johannes Boswell ultimus bedellus dicte Facultatis nutu Domini ab hac luce migraverat. In qua Congregacione Facultas concorditer et unanimi consensu nemine contradicenti matura deliberacione et longo tractatu prehabente elegit virum aptum ut apparuit et ydoneum Andream Irvwin<sup>2</sup> in bedellum<sup>3</sup> dicte Facultatis Arcium, qui juratus in facie Facultatis et per Decanum receptus secundum formam statutorum in dictum officium bidelli successit, et virgam Facultatis et alia ad suum officium pertinentia suscepit.<sup>4</sup>

2 October 1506

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem secundo die mensis Octobris anno quo supra. In qua Congregacione Facultas elegit magistrum Petrum Capellani in quodlibetarium. Insuper data erat<sup>5</sup> potestas domino Decano ad recipiendum determinaturos et ad recipiendum juramenta eorundem, et regentes elegerunt libros quos legere volebant suis scholaribus pro forma, et iniunctum erat eisdem regentibus sub pena periurii ut

<sup>1</sup> Added in the margin.

<sup>2</sup> There is a triple pointer in the margin opposite this name.

<sup>3</sup> *bidellum* in text.

<sup>4</sup> The editor of *Early Records* gives the date of his election as University Beadle as 1504 (p. 198); but the entries on this page of the *Acta Rectorum* are confused. They read as follows:—*Sub magistro David Spens Rectore anno Domini millesimo quingentesimo sexto. Andreas Irvyn Bedellus Universitatis Sanctiandree fuit incorporatus anno Domini m vco quarto* (i, p. 48).

<sup>5</sup> *presentati erant* deleted.

nullus eorum daret cedulas de<sup>1</sup> audicione librorum nisi illis bacallariis servare curantibus conclusionem editam et factam tempore quondam magistri Laurencii Lundoris dicte Facultatis Decani ut supra anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto tercio Octobris.<sup>2</sup>

ACTA VENERABILIS ET CIRCUMSPECTI VIRI MAGISTRI GEORGII fol. 126<sup>r</sup>  
KER JURIS PONTIFICII BACHULARII VICARII DE LANGTONE  
DECANI FACULTATIS ARCIUM ANNO DOMINI MILLESIMO QUIN-  
GENTESIMO SEXTO.

3 November 1506

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem tercio die mensis Novembris anno quo supra. In qua Congregacione Facultas elegit venerabilem virum magistrum Georgium Ker<sup>3</sup> vicarium de Langton in decanum Facultatis Arcium. In eadem Congregacione continuatus fuit magister Jacobus Lyn in officio bursarii. In qua eciam Congregacione Facultas aliquos dedit assessores ad assistendum Decano in officio suo venerabiles viros <viz.><sup>4</sup> magistrum David Spens Rectorem Universitatis Sanctiandree, Hugonem Spens Prepositum Collegii Sancti Salvatoris ac officialem Sanctiandree principalem, Georgium Hepburn decanum Dunkeldensem, Walterum Drummond decanum Dunblanensem, Thomam Ramsay rectorem de Kenbak, Johannes Zhong, Johannem Burell rectorem de Dynnenowcht, Karolum Fodryngame rectorem de Edgail,<sup>5</sup> Thomam Ker rectorem de Zhettame, cum potestate vocandi alios in absenciis istorum.

<sup>1</sup> *de* written twice.

<sup>2</sup> Not recorded, but there is a blank in the MS. at that period.

<sup>3</sup> George Ker was brother of Thomas Ker, rector of Yetholm, Dean in 1504-1505, and afterwards Abbot of Kelso. George became provost of Dunglass and a Lord of the King's Council. They were sons of Thomas Ker of Fernihurst (*Scots Peerage*, v, 52-5).

<sup>4</sup> Added above the line.

<sup>5</sup> Edzell, in Angus.

1506-1507

Nomina<sup>1</sup> Determinancium anni suprascripti*Primus actus in Collegio*

Andreas Stewart  
 Johannes Boswell  
 Henricus Wems  
 Georgius Car  
 Johannes Wilson  
 Andreas Harnat  
 [Matheus] Kerr  
 Adam Pottis  
 David Harnat

*In loco Petagogii*

Thomas Maklazane  
 Robertus Nesbit  
 Georgius Langmur  
 Wilhelmus Londe  
 Johannes Laudar<sup>2</sup>  
 Wilhelmus Thamsone  
 Johannes Irland<sup>2</sup>  
 Negelus Cambell

22 February 1506-07

Congregacione Facultatis Arcium in novis scolis eiusdem feria secunda prime ebdomade Quadragesime pro electione temptatorum anno quo supra. In qua Congregacione Facultas elegit discretos viros in temptatores viz. magistrum Fynlaum Forest et magistrum Johannem Spens pro regentibus, magistrum Johannem Meffane et magistrum David Scot pro non regentibus ad examinandum intrantes dicti anni, et in eadem Congregacione admissi erant intrantes ad temptamen et determinantes recepti erant ad respondendum in Quadragesima ut moris est.

27 March 1507

fol. 126<sup>v</sup> Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis Arcium eiusdem xxvii die mensis Marcii anno Domini m<sup>o</sup> quingentesimo septimo.<sup>3</sup> In qua Congregacione Facultas elegit discretos viros viz. magistrum David Scot et magistrum Johannem Meffane in provisores pro festo Beati Johannis Evangeliste.

<sup>1</sup> The first two names are written by the scribe of the minutes. The others are in a different hand and ink, resembling that of the list of licentiates below.

<sup>2</sup> *Johannis* in text.

<sup>3</sup> Originally written *octavo*.

10 May 1507

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem decimo die mensis Maii<sup>1</sup> anno quo supra pro electione auditorum compoti expensarum factarum in festo beati Johannis Evangeliste. In qua Congregacione erant electi erant magistri [*sic*].

*c. May 1507*

Congregacione Facultatis Arcium facta [ ]<sup>2</sup> anno quo supra pro electione examinatorum. In qua Congregacione Facultas continuavit examinatores ad examinandum intrantes in cameris, cum quibus Facultas graciose dispensavit de tempore standi in eisdem.

1507

Nomina Licenciatorum<sup>3</sup>

Alexander Levenston  
Dominus Allanus Baward  
Thomas Browne  
Franciscus<sup>4</sup> Balone  
Henricus Gwend  
David Bacrome  
Johannes<sup>5</sup> Thomson

Rogerus Menzes

*In loco Petagogii*

Johannes<sup>5</sup> Cambell  
Dominus Alexander Scot  
Robertus Nesbyt

2 October 1507

Congregacione<sup>6</sup> Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem secundo die mensis Octobris anno quo supra. In qua Facultas elegit magistrum Johannem Meffane in quodlibetarium. Insuper data erat potestas Decano ad recipiendum determinantes et ad recipiendum juramenta eorundem secundum formam Facultatis. In qua eciam

<sup>1</sup> *Maii* written twice and the first scored out.

<sup>2</sup> Space left blank in text.

<sup>3</sup> The heading is written by the scribe of the minutes, but the names are entered in a different hand and ink. Cf. above, p. 284 n 1. In the Bursar's Book they are entered as debtors *pro lecturis* on 24 February 1506-07 (fol. 17<sup>v</sup>).

<sup>4</sup> *Franciscus* in text.

<sup>5</sup> *Johannis* in text.

<sup>6</sup> This minute is carelessly written with frequent deletions. All four Congregations on this page are carelessly and incompletely recorded.

Congregacione regentes elegerunt libros quos suis scholaribus legere decreverant ut moris est.

fol. 127<sup>r</sup>

ACTA VENERABILIS ET EGREGII VIRI MAGISTRI JOHANNIS MATILLAND SUBDECANI ROSSENSIS AC FACULTATIS ARCIUM DECANI ANNO DOMINI M<sup>o</sup>V<sup>c</sup> SEPTIMO.

3 November 1507

Congregacione Facultatis Artium tenta in novis scolis eiusdem tercio die mensis Novembris anno Domini quo supra. In qua Congregacione Facultas elegit venerabilem nobilemque virum magistrum Johannem Matilland subdecanum Rossensem in decanum Facultatis Artium. Et in eadem Congregacione continuatus fuit magister Jacobus Lyne in officio bursarii. In qua eciam Congregacione Facultas aliquos dedit assessores ad assistendum Decano in officio suo venerabiles viros viz. magistros Hugonem Dowglas decanum Brechinensem, Valterum Drummond decanum Dunblanensem,<sup>1</sup> Thomam Ramsay rectorem de Kenbak, Johannem Żowng canonicum Dunkeldensem, Adam Quhytlaw vicarium de Haddyngtone ac rectorem de Gogar et Thomam Kar rectorem de Żethame, cum potestate vocandi alios in istorum absentiiis. In qua eciam Congregacione recepti fuerunt ad Facultatem viz. magistri Johannes Campell,<sup>2</sup> David Dischintone, Alexander Lewyngstone, Laurentius Oliphant, Patricius Oliphant et Jacobus Redocht.

1507-1508

Nomina Determinantium anni suprascripti

*Primus actus in Pedagogio*

Dominus Valterus Drummond,  
capellanus  
David Meldrum  
Jacobus Wilzamsone  
Johannes Gardner  
Valterus Grot

*Primus actus in Collegio*

Alexander Gledstany  
Johannes Gledstany  
Robertus Gray  
Andreas Swyntone  
Andreas Fowlis  
Johannes Wylkinstone  
Ricardus Kar

<sup>1</sup> Changed from *Dunkeldensem*.

<sup>2</sup> John Campbell was a licentiate of 1507, David Dishington of 1505, Alexander Livingstone of 1507. The Oliphants may have been licentiates of the unrecorded years. James Redocht (Redeheuch) determined in 1505-1506, but there is no record of his licence.

1507-1508

Nomina Licenciatorum anni suprascripti<sup>1</sup>

Andreas Stewart	Thomas Wilgamsone
Wilelmus Lunde	David Abercrummy
Johannes Boswell	Johannes Wulsone
Robertus Nesbyt	Georgius Kar
Dominus Johannes Irland	Georgius Langmwr
Henricus Wemis	Matheus Kerr

13 *March* 1507-08

Congregacione Facultatis Artium tenta in novis scolis fol. 127<sup>v</sup> eiusdem feria secunda prime ebdomade Quadragesime pro electione temptatorum anno quo supra. In qua Congregatione Facultas elegit discretos viros in temptatores viz. magistrum Petrum Capellani, magistrum Finlaum Ramsay pro regentibus, magistrum David Dischintone et magistrum Alexandrum Lewyngston pro non regentibus ad examinandum intrantes dicti anni. Et in eadem Congregatione admissi erant intrantes ad temptamen et determinantes recepti erant ad respondendum in Quadragesima ut moris est.

27 *March* 1508

Congregacione Facultatis Artium tenta in novis scolis eiusdem xxvii<sup>o</sup> die mensis Martii anno quo supra. In qua Congregatione Facultas elegit discretos viros viz. magistrum Johannem Strathaughtin et magistrum Jacobum Redoch in provisores pro festo beati Johannis Ewangeliste.

*c. May* 1508

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem [ ] anno quo supra.<sup>2</sup> In qua Congregatione Facultas continuavit examinatores ad examinandum intrantes in cameris cum quibus Facultas gracie dispensavit de tempore standi in eiisdem.

<sup>1</sup> This list is entered out of its proper sequence, and is crushed into the corner of the page.

<sup>2</sup> No date, and no space left for the date.

2 October 1508

Congregacione Facultatis Artium tenta in novis scolis eiusdem 2<sup>o</sup> die mensis Octobris anno quo supra. In qua [Congregacione] Facultas elegit magistrum Martinum Balfour in quodlibetarium. Insuper data erat potestas Decano ad recipiendum determinantes et ad recipiendum iuramenta eorundem secundum formam Facultatis. In qua eciam Congregacione regentes elegerunt libros quos suis scolaribus legere decreverant ut moris est etc.

fol. 128<sup>r</sup>

ACTA DISCRETI VIRI MAGISTRI JACOBI WALTERI LOVANIENSIS ALUMPNI RECTORIS IN ELLEM AC FACULTATIS ARCIUM DECANI ANNO DOMINI ETC. V<sup>o</sup> OCTAVO.

3 November 1508

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem tercio die mensis Novembris. In qua Congregacione Facultas elegit venerabilem virum magistrum Jacobum Walteri rectorem in Ellem Lovaniensem alumpnum <tunc absentem><sup>1</sup> in decanum Facultatis Arcium. Et in eadem Congregacione continuatus fuit magister Jacobus Lyn in officio bursarii. In qua eciam Congregacione Facultas aliquos dedit assessores ad assistendum Decano in officio suo videlicet magistrum David Spens rectorem de Conva<sup>2</sup> ac Universitatis, magistrum Hugonem Spens in sacris litteris ac juris pontificii doctorem Prepositum Collegii Divi Salvatoris ac officialem Sanctiandree principalem, magistrum Johannem Zong canonicum Dunkeldensem, magistrum Johannem Burel rectorem de Kembak<sup>3</sup>, magistrum Thomam Kar rectorem de Ethem, magistrum Adam Quhitlau rectorem de Gogar, magistrum Georgium Leyrmond vicarium de Fordone, magistrum Wilelmum Barclay, cum potestate vocandi alios in eorum absenciis. In qua eciam Congregacione recepti<sup>4</sup> fuerunt ad Facultatem

<sup>1</sup> Interpolated above the line.

<sup>2</sup> Conveth, now Laurencekirk, in Kincardineshire (*Scottish Benefices*, 219).

<sup>3</sup> An error for Dunino.

<sup>4</sup> Altered from *receptores*.

magistri Andreas Stewart, Georgius Kar, Willelmus Lundy,  
David Straquhyn, Willelmus Forbes.<sup>1</sup>

1508-1509

Nomina Determinantium anni suprascripti<sup>2</sup>

*Primus actus in Petagogio,  
xiiii Novembris*

Jacobus Lausun  
Patricius Lausun  
Andreas Bangaske  
Ninianus Loggan  
Robertus Spanke  
Andreas Wychtman  
Henricus Bowman

*Primus actus Collegii, xxviii  
Novembris*

Johannes Waus  
David Melwen  
Johannes Petteloch<sup>3</sup>  
David Jung,<sup>4</sup> pauper  
Johannes Quhitsun, pauper  
Jacobus Cramme

*Actus secundus Petagogii,  
xxvii Novembris*

Johannes Jaksun  
Willelmus Wemys

*Tertius actus Petagogii*

Dominus David Moutra, vicarius de  
Carnbe

*Actus secundus Collegii<sup>5</sup>*

Johannes Knows  
Patricius Knowys  
Jacobus Murray  
Patricius Roge  
Johannes Cowquhen

5 December 1508

Congregacione <ex consilio><sup>6</sup> deputatorum <Decani><sup>6</sup> fol. 128<sup>v</sup>  
Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem quinto die  
mensis Decembris anno quo supra. In qua Congregacione  
Decanus proposuit dictam Congregacionem fieri ex mandato  
<deputatorum><sup>6</sup> ad conferendum et consulendum super non-  
nullis rebus honorem Facultatis et honestatem Universitatis  
concernentibus propter adventum sacre regie Majestatis et  
inclinissime domine nostre Regine erga festum Natalis  
Domini, dictumque erat gratum fore regie Majestati si

<sup>1</sup> The first three were licentiates of 1507-1508. Strachan and Forbes were apparently not students of St. Andrews. The names suggest that they were graduates of Aberdeen.

<sup>2</sup> Beneath this heading there is scribbled in a small thin script *Dum damni n ma*.

<sup>3</sup> *Johannes Pettello, pauper*, appears again and is cancelled, after the name of *Cramme*.

<sup>4</sup> Changed from *David Broun*.

<sup>5</sup> This *Actus* is in the same ink as the correction *Jung, pauper*, the *pauper* after *Quhitsun*, and the whole of *tertius actus Pedagogii*.

<sup>6</sup> Added above the line.

Facultas aliquid honoris et honestatis adderet propter eius adventum ad ea que seipsa fecisset si ipse non comparuisset, videlicet in ludis luminibus honestis indumentis, et deputati decreverunt huiusmodi propositionem et supplicationem fieri consonum rationi pro honore Universitatis. In eadem Congregatione magister Martinus Balfowr Quodlibetarius conquestus est regentes in Petagogio minime velle respondere in quodlibetis, et rogavit dominos de Facultate sibi ignoscere si que minus bene fierent ex quo fecit diligentiam exactam pro habendis responsalibus, et ad obviandum huiusmodi querele<sup>1</sup> egregius vir magister Hugo <Spens>,<sup>2</sup> in sacris litteris ac jure pontificio doctor<sup>3</sup> Prepositus Collegii [Sancti] Salvatoris ac officialis Sancti-andree principalis, dixit quod responsales anno preterito non potuerunt habere auditorium et propterea minime curabant respondere et quod bonum esset quod propterea magistri non comparentes in quodlibetis non haberent distributiones in aliis actibus, constituto de eorum absentiiis. Et omnes deputati consenserunt ad hoc sed dixerunt hoc non posse sortiri vim statuti nisi proponeretur in publica Congregatione tocius Facultatis. In eadem Congregatione magister Johannes Carpentarius poeta rogavit dominos de Facultate sibi presentes et propitios esse ipsum commendando regie Majestati, cui supplicationi domini annuerunt. Et in eadem Congregatione Decanus supplicando pro se ipso dixit se habere prebendam in ecclesia Sancte Marie de Rupe<sup>4</sup> cuius fructus pro maiori parte detinerentur ab eo propter amissionem fundacionis dicti collegii, rogavitque obnixè dominos intercedere pro eo apud dominum Jacobum Kyngragy prepositum quatenus ex sua liberalitate aut consiliis bonorum virorum augmentare vellet fructus dicte prebende ut sicut gaudebat dignitate et privilegiis ita poterat gaudere grata canonica porcione et emolumentis, cui supplicationi domini non responderunt. <Credo tamen

<sup>1</sup> After *querele* there is a wedge-shaped mark in different ink, and in the margin a pointing hand in the same ink. Beneath it, in bold writing, the words, *Consilium magistri nostri H. Spens.*

<sup>2</sup> Added above, in the same ink as the pointing hand.

<sup>3</sup> Altered from *licenciatus*.

<sup>4</sup> St. Mary of the Rock, or Kirkheugh, St. Andrews.

quod)<sup>1</sup> tacendo consenserunt et annuerunt. Quo ad reliqua proposita domini referebant se ad antiquam consuetudinem Universitatis. In<sup>2</sup> eadem Congregatione venerabilis vir magister David Spens rector de Conva et Universitatis petiit a dominis quem locum vellent ipsum observare pro honore Universitatis attento quod multi prelati et episcopi <erant><sup>3</sup> venturi cum regia Majestate<sup>4</sup> ad Universitatem, et domini decreverunt quod sederet in primo loco attento quod Archiepiscopus Sanctiandree non erat presens in patria,<sup>5</sup> quod si ipse fuisset presens Rector haberet secundum locum juxta antiquam consuetudinem Universitatis. Sed locus in primis vesperis Natalis Domini erat preventus per magistrum Andream Forman Episcopum Murraviensem et magistrum Jacobum Bettown tunc Episcopum Capelle Regie postea Glasguensem<sup>6</sup> thesaurarium supremi domini nostri Regis, ad quos ego Decanus suprascriptus ex mandato Rectoris et dominorum ibidem in ecclesia cum Rectore expectancium amissus, et primum rogavi <amicabiliter><sup>7</sup> ut cederent Rectori ibidem in ecclesia spectanti et adveniendi et post nonnulla verba contumeliosa contra honorem Universitatis ac Rectoris per alterum<sup>8</sup> ipsorum recitata ipsos inhibui ||<sup>9</sup> ne amplius locum occuparent ymmo quod fol. 120<sup>r</sup> sub pena periurii Rectori statim cederent et illico magister Jacobus Bettoun Thesaurarius<sup>10</sup> se de loco ad vestibulum divertit et tandem Episcopus Murraviensis<sup>11</sup> ipsum insequere-

<sup>1</sup> Above the line, altered in a different ink.

<sup>2</sup> There is a pointing hand in the margin opposite this sentence.

<sup>3</sup> Added above the line. Altered from  *fuerant* .

<sup>4</sup> Twice written, and first scored out.  *Magestate*  in text.

<sup>5</sup> In 1507 Archbishop Alexander Stewart was sent for education to the University of Padua ( *Archbishops* , i, 231-2;  *Letters of James IV, ad indices* ).

<sup>6</sup> James Beaton, Bishop of Galloway and the Chapel Royal, was postulated by the chapter of Glasgow on 9 November 1508 and provided by the Pope on 19 January 1508-09 (Dowden,  *Bishops* , 338-40, 371). It is clear that this minute was written up later by the Dean.

<sup>7</sup> Added above the line. There is another pointing hand opposite this incident.

<sup>8</sup>  *Altrum*  in text.

<sup>9</sup> At the head of the page is the caption,  *De loco Rectoris in presencia Regis et prelatorum* .

<sup>10</sup> The fact that he is styled Lord Treasurer but not Bishop indicates that his translation to Glasgow was not yet effective at the date of writing.

<sup>11</sup>  *Episcopus Murraviensis*  written twice and the first scored out. There are several cancellations in this paragraph.

batur et statim vocavi Rectorem ad locum suum ubi ipse huiusmodi loco per singula Natalis Domini festa in presenciis regie Majestatis ac Regine omniumque prelatorum ibidem existencium, me Decano licet immerito immediate juxta sedente, gaudebat ad perpetuam rei memoriam ac Universitatis honorem.

1508-1509

Nomina Licenciatorum anni supradicti

*In Collegio*

Alexander Gledstany  
David Arnot  
Andreas Arnot  
Andreas Swenton  
Robertus Gray  
Johannes Wilkesun  
Andreas Foullys

*In Petagogio*

M. Johannes Lawdar  
M. Thomas Wemys  
Walterus Grot  
M. Johannes Gardnar  
Willelmus Thomsun

26 February 1508-09

Congregatione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiu[s]dem feria secunda prime ebdomade Quadragesime pro electione temptatorum anno quo supra. In qua Congregatione Facultas elegit discretos viros in temptatores viz. magistros Willelmum Clerk et Georgium Langmur pro regentibus et Thomam Williamsun et Henricum Wemys <pro non regentibus><sup>1</sup> ad examinandum intrantes dicti anni, et in eadem Congregatione admissi erant intrantes ad temptamen et determinantes recepti erant ad respondendum in Quadragesima ut moris est.

27 March 1509

Congregatione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem xxvii die mensis Marcii anno quo supra. In qua Congregatione Facultas elegit discretos viros magistrum David Dischintoun et magistrum David Abbercrommie in provisos pro festo beati Johannis Ewangeliste.

11 May 1509

Congregatione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem undecimo die mensis Maii anno quo supra. In qua

<sup>1</sup> Added in the margin.

Congregatione Facultas elegit discretos viros magistrum Petrum Chaplan et magistrum David Abbercromme examinatores ad examinandum intrantes in cameris, cum quibus Facultas gracie dispensavit de tempore standi in eisdem.

5 October 1509

Congregatione Facultatis Arcium in novis scholis eiusdem fol. 129<sup>v</sup> <quinto><sup>1</sup> die mensis Octobris anno quo supra. In [qua Congregatione] Facultas elegit magistrum Johannem Spens in quodlibetarium. Insuper data erat potestas Decano ad recipiendum determinantes et ad recipiendum juramenta eorundem secundum formam Facultatis. In qua eciam Congregatione regentes elegerunt libros quos suis scolaribus legere decreverant ut moris est.

CONTINUACIO MAGISTRI JACOBI WALTERI RECTORIS IN ELLEM IN OFFICIO DECANI FACULTATIS ARTIUM ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO NONO.

3 November 1509

Tercio die mensis <Novembris><sup>2</sup> anno quo supra in novis scholis Arcium. Facultas continuavit dictum magistrum Jacobum Walteri in decanum Facultatis Arcium et Bur-sarium in officio suo. Insuper Facultas dedit aliquos assessores prius nominatos ad consulendum eundem pro eodem anno unacum potestate convocandi alios in absenciis istorum. Fuerunt eciam nonnulli recepti ad Facultatem, quorum nomina sequuntur.

Nomina receptorum in eadem Congregatione

Magister Willelmus Thomsoun<sup>3</sup>

Magister Johannes Lawdar

Magister Walterus Grot

Magister Johannes Gardenar

<sup>1</sup> Above the line, altered from *secundi*.

<sup>2</sup> Added above the line.

<sup>3</sup> Originally entered at the end, but there deleted and transferred to the head of the list. The names had already been entered in the order *Lawdar, Grot, Gardenar, Thomsoun*. This list has been cancelled, and the names rewritten in a parallel column to the left. These are four of the five licentiates in *Pedagogio* for 1508-1509.

1509-1510

## Nomina Determinantium anni suprascripti

<i>Primus anno Collegii anno quo supra</i>		<i>Primus actus Petagogii</i>	
Johannes Afflec	} divites	Willelmus Synclar	} divites
Carolus Mackalpe		David Afflec	
Jacobus Fogo	} pauperes	Willelmus Scot	
Jacobus Johnsun		<i>Secundus actus Collegii</i>	
Robertus Wedderburn		Jacobus Cunigame	} divites
Johannes Langlandis		Kentigernus Wichtman	
		Johannes Ramsay	} pauperes
		Johannes Thornton	
		David Gray	

1509-1510

Nomina Licenciatorum anno<sup>1</sup> quo supra

Johannes Waus	Magister Jacobus Williamsun
Johannes Kows	Ninianus Logan
Patricius Kows	Richardus Car
Magister Patricius Lausun	Johannes Petillok
David Meldrum	Magister Robertus Spanke
Dominus Walterus Drummond	Johannes Coquhen
Johannes Gledstans	Magister Henricus Bowman
Magister Andreas Wichtman	Patricius Roge
	Andreas Quhytson

18 February 1509-10

fol. 130<sup>v</sup>

Congregatione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem feria secunda prime ebdomade Quadragesime pro electione temptatorum anno quo supra. In qua Congregatione Facultas elegit discretos viros in temptatores videlicet<sup>2</sup> magistrum Fy[n]laum Ramsa et magistrum David Disynton pro regentibus et magistros Willelmum Wilkeston et Johannem Gardenar pro non regentibus ad examinandum intrantes dicti anni, et in eadem Congregatione admissi erant intrantes ad temptamen et determinantes recepti erant ad respondendum in Quadragesima ut moris est, et in eadem Congregatione erant recepti magister Johannes Wilkistoun et magister Thomas Weimys ad Facultatem.

<sup>1</sup> anni in text.<sup>2</sup> videlicet in text.

27 March 1510

Congregatione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem xxvii die mensis Marcii anno quo supra. In qua Congregatione Facultas elegit discretos viros magistros David Dysynton et David Jonsun in provisores pro festo beati Johannis etc.

8 and 10 May 1510

Congregationibus Facultatis Arcium factis in novis scolis eiusdem ex mandato Rectoris,<sup>1</sup> Decani et deputatorum viii<sup>o</sup> et x<sup>o</sup> diebus mensis Maii<sup>2</sup> anno quo supra ad conferendum super excessibus studentium Petagogii et Collegii. In quibus Congregationibus tandem dicti domini<sup>3</sup> Rector, Decanus et magister Hugo Spens Prepositus Collegii Sancti Salvatoris etc. deliberarunt prout sequitur. <Deliberatio egregii ac perquam docti viri magistri Hugonis Spens Prepositi Collegii Sancti Salvatoris ac officialis principalis Sanctiandree etc. ex mandato Rectoris Decani et deputatorum Universitatis et Arcium Facultatis etc.><sup>4</sup> **EX MATURA**<sup>5</sup> deliberatione dominorum Rectoris Universitatis Sanctiandree, Decani Facultatis Arcium eiusdem et Prepositi Collegii Sancti Salvatoris, cui<sup>6</sup> vive vocis oraculo reverendissimi patris Alexandri Sanctiandree etc. Archiepiscopi<sup>7</sup> commissa fuerat cognitio correctio et reformatio super quadam querela porrecta prefato Reverendissimo [*sic*] per magistrum Petrum Capellani regentem Petagogii, ac deputatorum prefatarum Universitatis et Facultatis

<sup>1</sup> The Rector was Walter Drummond, elected 11 April 1510 (*Acta Rectorum*, i, p. 55.).

<sup>2</sup> Wednesday and Friday.

<sup>3</sup> *dominus* in text.

<sup>4</sup> Written in the margin beneath a hand with finger pointing to *Ex matura*.

<sup>5</sup> In bold letters.

<sup>6</sup> *sic*: but perhaps it should be *quibus* to include Rector, Dean and Provost.

<sup>7</sup> This helps to date the return of the Archbishop to St. Andrews. He seems to have been confronted with the University problem immediately upon his home-coming, and was perhaps already showing his desire to strengthen the Pedagogy.

decretum fuerat: Quia compertum fuerat studentes utriusque loci contra statuta conclusiones et ordinationes Universitatis et Arcium Facultatis deliquisse quamquam gradualiter etc., || Quapropter ordinatum fuerat quod studentes utriusque loci super excessibus et transgressionibus confessati vel convicti suppliciter genibus flexis coram dominis Rectore Decano et deputatis comparerent suumque recognoscentes excessum veniam precarentur. Posteaque studentes Collegii confessati seu convicti super excessibus ut supra coram Decano Preposito et regentibus in scholis Collegii per unum regencium de mandato Decani et Prepositi debite cum corrigia vel virga corrigerentur.<sup>1</sup> Quodque studentes Petagogii super excessu seu transgressionem ut supra confessati vel convicti castigatione debita coram Decano et regentibus eiusdem punirentur. Demum ne in futurum similia attemptarentur ordinatum fuerat ut Decanus et Prepositus Collegii studentibus inibi moram trahentibus seu doctrinam inibi habentibus iniungerent ac eosdem monerent sub pena resecationis a Collegio et Universitate ne similia in futurum attemptarent. Et ne provocationes verbales unius vel alterius loci in futurum eciam fierent iniunctum fuerat per prefatos Rectorem Decanum Prepositum et assessores alios sub pena amissionis temporis unius anni omni spe dispensationis seclusa ne huiusmodi excessus vel provocationes per eosdem committerentur, sed ut communi amicitia tamquam unius domus seu universitatis fratres sine discordia seu <quoque><sup>2</sup> inimicitie signo gregatim incedant. Preterea ordinatum fuerat ut intrantes in hoc excessu presentes veniam a Rectore Decano et deputatis humiliter petant ut supra, propterque delicti excessum durante Decani et Facultatis voluntate ab ulteriori processu impediatur.

11 May 1510

Congregatione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem xi<sup>o</sup> mensis Maii anno quo supra. In qua Congregatione Facultas elegit discretos viros temptatores antedictos

<sup>1</sup> *corriperentur* in text.

<sup>2</sup> Wrongly written, scored out and rewritten above the line.

in examinatores pro tempore ad examinandum intrantes in cameris cum quibus Facultas graciose dispensavit de tempore standi in eisdem.

3 October 1510

Congregatione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem tercio die mensis Octobris anno quo supra. In qua [Congregatione] Facultas elegit magistrum Petrum Capellani in quodlibetarium, et casu quo non rediret ad Universitatem dictus magister Petrus elegit magistrum Fynlaum Ramsay. Insuper data erat potestas Decano ad recipiendum determinantes<sup>1</sup> et juramenta ipsorum secundum formam Facultatis. In qua eciam Congregatione regentes elegerunt libros quos suis scolaribus legere decreverant ut moris est, et recepti fuerunt ad Facultatem magistri Robertus Spanke et Jacobus Williamston.

10 October 1510

Congregatione facta <x<sup>o</sup> Octobris><sup>2</sup> ex mandato Rectoris fol. 131<sup>v</sup> Decani et deputatorum in novis scolis Arcium ad solvendum dubium circa electionem Quodlibetarii et ad videndum quis eorum <prius electorum><sup>3</sup> vellet acceptare officium, decimo die mensis Octobris anno quo supra. In qua Congregatione magister Petrus Capellani recusavit officium et magister Fynlaus Ramsay acceptavit. In qua Congregatione Decanus Facultatis Arcium reduxit ad memoriam querelam venerabilis viri magistri Martini Balfour Quodlibetarii anni precedentis<sup>4</sup> <continuationem Decani> de penuria responsalium conquerentis<sup>5</sup> de auditorio in quodlibetis anno illo,<sup>6</sup> et consilium egregii ac perquam docti viri magistri Hugonis Spens sacre theologie ac canonum<sup>7</sup> doctoris Prepositi Collegii

<sup>1</sup> Altered from *intrantes*.

<sup>2</sup> Written above the line.

<sup>3</sup> Added above the line.

<sup>4</sup> *presidentis* in text; *continuationem Decani* added in the margin. The year preceding the continuation of the Dean was 1508-1509. Balfour's complaint was made on 5 December 1508. See above, p. 290.

<sup>5</sup> *conquerencium* in text. The whole minute is full of corrections, additions and other signs of hasty writing.

<sup>6</sup> Altered from *presidenti*.

<sup>7</sup> *canonis* in text.

Divi Salvatoris ac officialis Sanctiandree principalis, cuius consilium habetur in Congregatione anni <quo supra><sup>1</sup> facta quinto die mensis Decembris, quodquidem consilium dicti dominus Rector Decanus Facultatis Arcium deputati necnon singuli magistri ibidem congregati voluerunt sortiri<sup>2</sup> vim statuti cum hac moderatione, videlicet<sup>3</sup> quod omnes et singuli magistri presentes in Universitate Sancti Andree tempore quodlibetice [*sic*] actus se in quodlibetis presentarent responsalesque audirent singulis diebus et horis, quod si secus fecerent <cessante><sup>4</sup> legitimo <impedimento><sup>4</sup> distributionibus in aliis actibus videlicet determinanciarum et magisterii penitus privarentur et carerent.

fol. 132r

ACTA MAGNE NOBILITATIS VIRI MAGISTRI ADE QUITLAW VICARII DE HATHINGTONE ET LANGFORGONND DECANI FACULTATIS ARTIUM ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO DECIMO.

4 November 1510

Congregatione Facultatis Artium tenta in novis scholis Artium quarto die Novembris anno quo supra. In qua Congregatione Facultas elegit magne nobilitatis virum magistrum Adam Quitlaw vicarium de Hathingtone et Langforgund in decanum Facultatis Arcium. Et in eadem Congregatione Facultas elegit aliquos assessores ad consulendum Decanum pro anno futuro viz. magistros Hugonem Spens officialem principalem Sanctiandree et Prepositum ecclesie collegiate Sancti Salvatoris, Johannem Young commissarium Sanctiandree, Johannem Matland subdecanum Rossensem, Thomam Ramsay canonicum ecclesie collegiate Sancti Salvatoris, Johannem Burall canonicum eiusdem, Karolum Fotheringame rectorem de Edzall, Jacobum Valteri rectorem de Ellame, Andream Butur,

<sup>1</sup> Added above the line, altered from *presidentis*, which has not been scored out. In the margin, in large letters, *Statutum*.

<sup>2</sup> *sortire* in text.

<sup>3</sup> A hand in the margin points an elongated finger to this minute.

<sup>4</sup> *cessante* and *impedimento* have been added above the line in a different ink, replacing words which have been obliterated.

Johannem Narne, Johannem Mathesonne, cum potestate convocandi alios in absentia istorum.

1510-1511

Nomina Determinancium anni supradicti

*Primus actus in Pedagogio<sup>1</sup> anni supradicti, viz. xvi<sup>o</sup> die mensis Novembris*

Thomas Meldrome  
Thomas Gaderar  
Johannes Muncreiff  
Thomas Annand  
Gavinus Logy

*Primus actus Collegii anni supradicti, viz. xviii<sup>o</sup> mensis Novembris*

Andreas Aytone, rector de Spot  
Johannes Ballingar  
Johannes Gall  
Cutbertus Arthor, pauper  
Archibaldus Makharbri, pauper<sup>2</sup>  
Alexander Gourlay, pauper<sup>2</sup>

*Secundus actus Collegii anni supradicti, viz. xii<sup>o</sup> mensis Decembris*

fol. 132<sup>v</sup>

Jacobus Kynnynmonth	}
Alexander Kynnynmonth	
Georgius Blair	}
Bernardus Crawford	
David Sibbald	
Patricius Jonistone	

ACTA<sup>3</sup> VENERABILIS ET MAGNE SPECULACIONIS VIRI MAGISTRI THOME RAMSAY RECTORIS DE KENBAK DECANI FACULTATIS ARCIUM ETC. ANNO ETC. QUINGENTISSIMO DECIMO.

1 March 1510-11

Congregacione Facultatis Artium tenta in novis scholis eiusdem primo die mensis Martii pro electione novi Decani. Facultas enim Artium viduata seu orbata erat capite per mortem nobilis viri magistri Ade Quhytlaw Decani electi anno quo supra quarto die mensis Novembris. In qua Congregatione elegerunt in decanum magne sciencie virum magistrum Thomam Ramsay rectorem de Kenbak. Et in eadem Congregatione Facultas dedit aliquos assessores ad

<sup>1</sup> *Padegogio* in text.

<sup>2</sup> *Pauper* blotted, perhaps obliterated.

<sup>3</sup> The heading is in bold letters decorated with touches of red ink, a decorative effect which is carried on into the first paragraph.

consulendum Decanum in agendis pro anno futuro viz. magistros Hugonem Spens Prepositum ecclesie collegiate Sancti Salvatoris ac officialem Sanctiandree principalem, Johannem Burel rectorem de Dunennow, Johannem Matland subdecanum Rossensem, Karolum Fodringame rectorem de Eggel, Jacobum Valteri rectorem de Ellem, Robertum Davisone, Petrum Capellani, Andream Ramsay, Johannem Narne, cum potestate convocandi alios in absentiiis eorum etc.

10 *March* 1510-11

Congregatione Facultatis Artium tenta in novis scholis eiusdem feria 2<sup>a</sup> prime ebdomade Quadragesime pro electione temptatorum anno quo supra et cetera. In qua Congregatione Facultas elegit discretos viros in temptatores viz. magistros Johannem Vylkesonne et Johannem Gardnare pro regentibus, Martinum Balfour et Johannem Lawder pro non regentibus ad temptandum seu experiendum intrantes dicti anni. Et admissi erant intrantes ad temptamen et determinantes recepti ad respondendum<sup>1</sup> in Quadragesima et jurati ut moris est. Insuper iniunctum erat eisdem virtute iuramenti prestiti Facultati quod nullus eorum exponeret in collatione pro presidenti<sup>2</sup> ultra duos solidos.

12 *April* 1511

Congregatione Facultatis Artium tenta in novis scholis eiusdem xii<sup>o</sup> die mensis Aprilis anno Domini ut supra. In qua Congregacione Facultas elegit discretos [viros] viz. magistros Fynlayum Ramsay, Johannem Gardnare in provisores pro festi beati Johannis Ewangeliste.

## 1511

Nomina Licenciatorum anno etc. quingentesimo xi<sup>o</sup>

Magister Johannes Thorntoun	Karolus Makalpe
Johannes Ramsay	Wilelmus Scot
Wilelmus Sinclar	Kentigernus Wichtman
Magister Thomas Cunnyngham	Jacobus Fogo
Jacobus Murray	Robertus Wedderburn
Magister dominus David 3owng	David Gray
Magister Jacobus Jhonsoun	

<sup>1</sup> *rispondendum* in text.<sup>2</sup> *precidenti* in text.

CONTINUATIO MAGISTRI THOME RAMSAY RECTORIS DE KEN-  
BAK IN OFFICIO DECANI FACULTATIS ARCIIUM ANNO DOMINI  
MILLESIMO V<sup>CO</sup> XI<sup>O</sup>.

3 November 1511

Tercio die mensis Novembris anno Domini millesimo  
v<sup>co</sup> xi<sup>o</sup> quo supra in novis scolis Arcium, Facultas continua-  
vit dictum magistrum Thomam Ramsay in decanum  
Facultatis Arcium et dedit aliquos assessores prius nomi-  
natos<sup>1</sup> ad consulendum Decanum pro futuro [anno] viz.  
magistros Hugonem Spens, dominum priorem de Pluscardy,<sup>2</sup>  
David Spens rectorem de Flecht,<sup>3</sup> Johannem Matland,  
Michaalem Narn, Jacobum Walteri, Petrum Capellani,  
Robertum Davison, una cum potestate convocandi<sup>4</sup> alios  
in absenciis istorum. <Et in eadem Congregatione erat  
electus magister Gelhelmus Clark [in] quodlibetarium>.<sup>5</sup>

1511-1512

Nomina Determinantium anno quo suprascripto

fol. 133<sup>v</sup>

<i>Primus actus Collegii</i>		Patricius Scott	} div[it]es
Dominus Willelmus Bangaw		Ninianus Cowk	
Malcolmus Drummond		Ambrocius Scheves	} pauperes
		Johannes Keppyr	
<i>Primus actus Petagogii anno quo supra</i>			
Johannes Borthek	} div[it]es	<i>Tertius<sup>7</sup> actus Collegii anno quo supra</i>	
Johannes Penniecowk		Thomas Brus	} nobiles
Johannes Bell		P[atricius] Krechtone	
Johannes Forrast		David Forrast	} pauperes
Andreas Bennot	Thomas <sup>8</sup> Ray, dives		
Jacobus Scremgwr		Thomas Bawfowr	} pauperes
<i>Secundus<sup>6</sup> actus Collegii anno quo supra</i>		Re[chardus] Clark	
Alexander Ramsay	} div[it]es	David Page	
Johannes Ramsay		Re[chardus] Lawcowk	
Jacobus Ramsay			

<sup>1</sup> They are not in fact all the assessors previously named.

<sup>2</sup> Mr George Leremonth (*Letters of James IV*, No. 239).

<sup>3</sup> Flisk, in Fife.

<sup>4</sup> *cum potestati commotandi* in text.

<sup>5</sup> This sentence has been deleted.

<sup>6</sup> Originally *Primus*. The two names in *Primus actus Collegii* have been written on the right hand of the page and the heading added later by the same hand which changed *primus* into *secundus*, and *secundus* into *tertius*.

<sup>7</sup> Originally *secundus*.

<sup>8</sup> Altered from *David*.

1 March 1511-12

fol. 134<sup>r</sup>

Congregatione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem feria 2<sup>a</sup> prime ebdomade<sup>1</sup> Quadragesime pro electione temptatorum anno quo supra. In qua Congregatione Facultas<sup>2</sup> elegit discretos viros in temptatores videlicet<sup>3</sup> magistrum Fynlaum Ramsay, magistrum Johannem Thortowne pro regentibus et magistrum Petrum<sup>4</sup> Cappellane et magistrum Galterum Grot pro loco Petagogii. Et dicti anni et in eadem Congregatione admissi erant intrantes ad temptamen et determinantes recepti erant ad respondendum in Quadragesima<sup>5</sup> ut moris<sup>6</sup> est.

5 April 1512

Congregatione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem quinta die mensis Aprilis anno Domini millesimo xi<sup>o</sup> [*sic*] ut supra. In qua Congregatione Facultas elegit discretos viz. magistros Johannem Lawder, Jacobum Wylzamsone in provisores pro festo beati Johannis Ewangeliste. In qua eciam Congregatione erat receptus in Facultatem magister Alexander Attown.

1512

## Nomina Licenciatorum anno quo supra etc. xii

Thomas Meldrum	} in circulo	Johannes Moncref, per se <sup>7</sup>
Andreas Aytone		Johannes Gawy, in loco per se
Alexander Kyninmontht		Malcomus Drummond, in loco per
Johannes Ballanton, per se <sup>7</sup>		se
Thomas Gaddorar, per se		Thomas Annand, in loco per se
Dominus Willemus Baullyngall,		Georgius Blayr, in loco per se
per se <sup>7</sup>		Jacobus Cramme, in loco per se
Archibaldus Makkarbry, per se <sup>7</sup>		Cudbertus Arthur, in loco per se
Bernardus Crawford	}	Alexander Gowrlay, in loco per se
Gawinus Logy		

<sup>1</sup> *fera 2<sup>a</sup> prime obdomidia* in text.<sup>2</sup> *Facullatis* in text.<sup>3</sup> *videcet* in text.<sup>4</sup> *Peterum* in text.<sup>5</sup> *Quadragissima* in text.<sup>6</sup> *mores* in text.<sup>7</sup> *in loco* cancelled before *per se*.

5 October 1512

Congregatione Facultatis Arcium tenta in novis scolis fol. 134<sup>v</sup>  
Arcium quinto die mensis Octobris anno Domini millesimo  
quingentesimo xii<sup>o</sup> quo supra. Facultas elegit magistrum  
Johannem Gardenar in quodlibetarium. Insuper data erat  
potestas Decano ad recipiendum determinantes et ad  
recipiendum juramenta eorundem secundum formam Facul-  
tatis ut moris<sup>1</sup> est.

ACTA VENERABILIS ET MAGNE PRUDENTIE MAGISTRI ROBERTI  
SCHANWELL VICARII DE KYRCALDY DECANI FACULTATIS  
ARTIUM UNIVERSITATIS SANCTIANDREE ANNO DOMINI MILLE-  
SIMO V<sup>c</sup> DUODECIMO ETC.

3 November 1512

Congregatione Facultatis Artium tenta in novis scolis  
Artium eiusdem [*sic*] tertio die mensis Novembris anno  
Domini quo supra. In qua Congregatione Facultas Artium  
elegit venerabilem virum magistrum Robertum Schanwell  
vicarium de Kyrcaldy in decanum Facultatis Artium  
eiusdem. Et in eadem Congregatione continuatus fuit  
magister Petrus Capellani in officio bursarii usque ad  
suum proximum comptum. In qua eciam Congregatione  
Facultas aliquos dedit assessores ad assistendum Decano  
in officio suo viz. venerabiles et egregios viros magistros  
Hugonem Spens sacre theologie professorem decretorum  
doctorem Prepositum ecclesie collegiate Sancti Salvatoris  
officiale[m] Sanctiandree principale[m] ac Rectorem Universi-  
tatis eiusdem, Walterum Drummond decanum Dunblanen-  
sem, Thomam Ramsay rectorem de Kembak, Johannem  
Matuland subdecanum Rossensem, Karolum Fothringham  
rectorem de Adzell, Petrum Capellani et Johannem Narne,  
cum potestate convocandi<sup>2</sup> alios in eorum absentis. In  
qua eciam Congregatione electi erant magistri Robertus  
Davidson et Johannes Matheson in deputatos domini

<sup>1</sup> *mores* in text.

<sup>2</sup> *committandi* in text.

Decani in sua absentia cum potestate et jurisdictione exercendi etc. in uberiori forma etc.

1512-1513

fol. 135<sup>r</sup>

Nomina Determinancium anno quo supra

*Primus actus Collegii anno Domini  
m<sup>o</sup>1 quingentesimo duodecimo*

Johannes Bawfour, dives  
Jacobus Patsone, pauper  
Alexander Alcharsonne, pauper  
K[arolus]<sup>2</sup> Mechelsone, pauper  
Alexander Dowcan, pauper  
David Mows

*Secundus actus Collegii*

Dominus Willelmus Inglis, dives  
Thomas Kar, dives  
Thomas Kar, dives  
C[udbertus]<sup>2</sup> Myddylmest, pauper  
Johannes Dicsonne, pauper  
David Gownd, pauper

*Tertius actus Collegii*

Martinus Lows, dives  
Andreas Kyrcaudy, pauper  
Johannes Hoge, pauper

*Primus actus Petagogii*

P[atricius]<sup>2</sup> Hebrown, dives  
Jacobus Wylloik

*Secundus actus Petagogii*

Georgius Stell, dives  
Georgius Wannan, dives  
Willelmus Martyn, pauper

*Quartus actus Collegii*

Andreas Rattra, dives  
S[ilvester]<sup>2</sup> Rattra, dives  
Johannes Lynsay, dives

14 February 1512-13

fol. 135<sup>v</sup>

Congregatione Facultatis Arcium tenta in novis scolis Arcium xiiii die mensis Februarii anno Domini millesimo quingentesimo duodecimo quo supra. Facultas<sup>3</sup> elegit discretos viros in temptatores videlicet<sup>4</sup> magistrum Johannem Wilkestone<sup>5</sup> et magistrum Henricum Wemes et magistrum David Dechentone et magistrum Thomam Wemes.

19 March 1512-13

Congregatione Facultatis Arcium tenta in novis scolis Arcium xix die mensis Marcii anno etc. quingentesimo decimo tercio.<sup>6</sup> Electi erant in provisores pro festo beati Johannis Ewangeliste discreti viri viz magister Johannes

<sup>1</sup> c<sup>o</sup> in text.

<sup>2</sup> Name supplied from Matriculation Roll (*Early Records*, 205).

<sup>3</sup> *Facultatis* in text.

<sup>4</sup> *videcet* in text.

<sup>5</sup> This name written twice.

<sup>6</sup> Altered from *duodecimo*. Perhaps the date should have been 29 March 1513.

Carpentarii et magister Johannes Wilkestone. Et in eadem Congregatione dispensatum erat cum determinantibus ut simul poterant trina vice respondere in feria secunda Ebdomade<sup>1</sup> Sancte post octavam horam antemeridiam duobus regentibus presentibus, et quod responderent secundum ordinem quo determinaverant.<sup>2</sup>

30 August 1513

Congregatione Facultatis Arcium tenta in novis scolis fol. 136<sup>r</sup> Arcium penultimo die mensis Augusti anno Domini millesimo quingentesimo decimo tercio occasione electionis novi bidelli postquam Andreas Irwyne ultimus bidellus dicte Facultatis nutu Domini ab hac luce migraverat.<sup>3</sup> In qua Congregatione Facultas concorditer et unanimi consensu nemine contradicente matura deliberatione et longo tractatu prehabito elegit virum aptum et ydoneum Andream Bethye in bidellum dicte Facultatis Arcium. Qui juratus in facie Facultatis et per magistrum Petrum Chaplane substitutum Decani<sup>4</sup> receptus secundum formam statutorum in dictum officium bidelli successit et virgam Facultatis et alia ad suum officium pertinentia suscepit.

1 October 1513

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis Arcium primo die mensis Octobris anno quo supra. In qua Congregatione Facultas Arcium elegit magistrum David Abercromme in quodlibetarium. Insuper data erat potestas domino Decano ad recipiendum determinaturos et ad recipiendum juramenta eorundem. Et regentes elegerunt libros quos legere volebant suis scolaribus pro forma. Et iniunctum erat eisdem regentibus sub pena periurii ut nullus eorundem daret cedulae de audicione librorum nisi illis bachalariis servare jurantibus conclusionem editam et

<sup>1</sup> *Ebdode* in text.

<sup>2</sup> Half a page left blank, probably to add list of licentiates, which is awaiting.

<sup>3</sup> There is a sign in the margin here.

<sup>4</sup> Peter Chaplain was one of the assessors (but not one of the deputy Deans) appointed on the election of the Dean.

factam tempore quondam magistri Laurentii Lundoris dicte Facultatis Decani ut supra anno Domini m iii<sup>c</sup> xxxv<sup>to</sup> tercio Octobris.<sup>1</sup>

Anno Domini 1513.

ACTA VENERABILIS ET PERDOCTI VIRI MAGISTRI PETRI CAPPELLANI RECTORIS DE DENNENNOW<sup>2</sup> CANONICI ECCLESIE COLLEGIATE SANCTI SALVATORIS DECANI FACULTATIS ARCIIUM UNIVERSITATIS SANCTIANDREE ANNO DOMINI 1513<sup>o</sup> ETC.

3 November 1513

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis Arcium eiusdem tercio die mensis Novembris anno Domini quo supra. In qua Congregacione Facultas elegit venerabilem et circumspectum virum magistrum Petrum Chaplane in decanum Facultatis Arcium. Et in eadem Congregacione magister Johannes Straquhan electus est in bursarium Facultatis eiusdem, et quia absens erat eo tempore eius juramentum committebatur Decano recipiendum.<sup>3</sup> In qua eciam [Congregatione] per Facultatem assignati erant assessores Decano viz. magister noster magister Hugo Spens Prepositus Collegii Sancti Salvatoris ac officialis principalis Sanctiandree, magister Thomas Ramsay canonicus eiusdem Collegii ac rector de Kenbak, magister Robertus Davidson commissarius dicti officialis et magister Martinus Bawfowr vicarius de Quhiltis<sup>4</sup> cum potestate ipsi Decano convocandi alios ubi opus fuerit. Eciam in eadem Congregacione dispensatum erat cum magistro Nicholayo Gyrnlay super lectura pro duobus annis et quia semper erat pro bono et commodo Universitatis Facultas referebat contribucionem sue proprie voluntati etc.

<sup>1</sup> Not now on record. Cf. above, p. 288.

<sup>2</sup> John Burel was rector of Dunino in March 1510-II (see above, p. 300). Dunino was the rectory assigned to the Bachelor of Theology, and according to the constitution his successor should have been one of the four Masters of Arts: but in this case Peter Chaplain has been recruited from the Pedagogy.

<sup>3</sup> In margin: *Magister Petrus Capellani Decanus.*

<sup>4</sup> Cults, in Fife. The rectory of Cults was the endowment of the Provost of St. Salvator's.

## 14 February 1513-14

Congregacione<sup>1</sup> Facultatis Arcium in novis scolis tenta fol. 136<sup>v</sup> xiiii<sup>o</sup> Februarii anno quo supra. Facultas dispensavit ut illo anno usque ad festum Pasche inclusive poterant fieri determinationes et responsiones generales ac cetera formalia, quia principio anni usque ad Nativitatem Domini erant guerre et pestes in civitate sic quod tunc non poterant illa formalia perfici. In eadem eciam Congregacione recipiebantur ad gremium Facultatis et regenciam magister Robertus Bannerman, magister Andreas Ireland, magister Thomas Ray, qui tactis sacrosanctis prestiterunt juramenta consueta.

## 1513-1514

Nomina Determinancium anno<sup>2</sup> quo supra

<i>Primus actus in Collegio</i>			
David Strang	} divites	Jacobus Leych	} pauperes
Willelmus Strang		Johannes Libbartone	
Georgius Strang		Alexander Irland	
		Patricius Scot	
		Jacobus Wilsonne	
<i>Secundus actus in Collegio</i>			
Willelmus Blakstok	} divites		
Andreas Stewynson			
Dugallus Ferguson			
Dominus Symon Andersone promisit solvere			
<i>Tertius actus in Collegio</i>			
Normannus Gowrlay, pauper			
		<i>Quartus actus in Collegio</i>	
		Johannes Spens	} divites
		Patricius Heriot	
		Robertus Reyd	
		Johannes Duraham	
		Henricus Meffan	
		Robertus Jong, pauper	

## 6 March 1513-14

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis vi<sup>o</sup> fol. 137<sup>r</sup> Marcii anno quo supra. Facultas elegit in temptatores pro illo anno discretos viros viz. magistrum Johannem Wilkeston et magistrum Alexandrum Ayton regentes, magistrum Fynlayum Ramsay et magistrum Gawinum Logy non regentes. Necnon in eadem Congregacione Facultas recepit

<sup>1</sup> The page is headed: *Magister Petrus Capellani rector de Dennenow Decanus Facultatis Arcium anno Domini 1513<sup>o</sup>*. Similar headings appear on all the pages up to fol. 143<sup>r</sup>, and are in the hand of Peter Chaplain. It is to be noted that he also introduces the practice of writing the years in arabic numerals.

<sup>2</sup> *anni* in text.

determinantes ad responsiones Quadragesimales tactis sacrosanctis de ter in ebdomada respondendo et de non exponendo ultra duos solidos super collacione presidentis. Item recepit intrantes ad temptamen magistrale, ubi Facultas ad supplicacionem Decani decrevit ipsos intrantes visitantes suos parentes absque licencia petita et obtenta ab ipsis temptatoribus non recipi ab eiis pro illo anno ad temptamen.

Anno Domini 1514.

8 April 1514

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis viii Aprilis anno quo supra. Electi erant in provisosores pro festo beati Johannis Ewangeliste magister Robertus Bannerman et magister Andreas Irland. Et decretum erat quod illo anno aperiretur temptamen proximo die legitimo post synodum provincialem Sanctiandree. Eciam dispensatum erat cum bachalariis respondere feria secunda sequentis ebdomade ter dummodo hoc facerent post octavam horam antemeridiam sine strepitu et occasione murmuris.

8 May 1514

Congregatione Facultatis Arcium tenta in novis scolis viii die Maii <anno ut supra><sup>1</sup> in crastino post convivium Sancti Johannis Ewangeliste. Eligebantur ad audiendum compotum provisorum dicti convivii venerabiles et discreti viri magistri viz. magister Thomas Ramsay canonicus Collegii rector de Kenbak, magister Fynlayus Ramsay, magister Alexander Bawfowr, magister David Dischintoune, magister Johannes Wilkestone unacum Decano Facultatis Arcium. IN QUA CONGREGACIONE<sup>2</sup> propter scurrillitates et infamaciones que nonnunquam fuerunt in ludis et proclamacionibus ipsorum ad supplicacionem Decani decretum erat quod de cetero ludi et proclamatoria examinarentur per regentes loci ad quem spectat ludus ita quod nullo modo fiant scurrillitates aut speciales notaciones quarumcumque

<sup>1</sup> Added above the line.

<sup>2</sup> In bold letters. In the margin: *Statutum*.

personarum in particulari, que possunt veresimiliter ledere eorum famam. Et si aliquid horum, ut absit, contigerit corrigatur<sup>1</sup> [per] regentes qui de hoc debent habere curam ad arbitrium Decani et Facultatis Arcium. ITEM IN EADEM CONGREGACIONE<sup>2</sup> ad suplicacionem dicti Decani erat decretum ut regentes essent vigilantiores erga studentes visitando eorum cameras noctuatim et causando eos habere reparaciones noctuatim per totum annum ut moris est Parisius, quilibet studens secundum tenorem statutorum prius desuper editorum singulis annis dabit suo proprio regenti decem solidos alias non admittatur ad novum ordinarium anno completo, vel actitetur in libro Conservatoris ad solvendum infra xx dies sub censuris. <Ad istius roboracionem Rector Universitatis decrevit dare litteras monitoriales contra non solventes ut actum est anno Domini millesimo quingentesimo decimo sexto die xiiii Octobris>.<sup>3</sup>

11 May 1514

Congregacione Facultatis Arcium tenta in [novis] scolis fol. 137<sup>v</sup> eiusdem xi<sup>o</sup> die Maii anno quo supra. Temptatores continuabantur in examinatores. Et erat dispensatum cum licenciandis illo anno ut starent in cameris ad octo dies et contribuerent Facultati viginti solidos.

21 May 1514

Nomina Licenciatorum xxi<sup>o</sup> Maii anno ut supra

Johannes Bawfour, in primo loco	} divites
Magister Georgius Annand, in 2 <sup>o</sup> loco	
Magister Thomas Ker, in 3 <sup>o</sup> loco	
Jacobus Willok, in 4 <sup>o</sup> loco <sup>4</sup>	
Magister Martinus Lowis, in 5 <sup>o</sup> loco <sup>4</sup>	} pauperes
Magister Dominus Willelmus Martyne, in 6 <sup>o</sup> loco	
Cudbertus Middilmest, in 7 <sup>o</sup> loco	
Jacobus Patersone, in 8 <sup>o</sup> loco <sup>5</sup>	
Karolus Mychelsone, in 9 <sup>o</sup> loco <sup>5</sup>	
Allexander Dunkane, in decimo loco	
David Mows, in undecimo loco	
Johannes Hog, in duodecimo loco	

<sup>1</sup> *corriganur* in text.

<sup>2</sup> In bold letters. In margin: *Aliud statutum*.

<sup>3</sup> Added later, in blacker ink. See below, pp. 319-20.

<sup>4</sup> *Lowis* originally in fourth and *Willok* in fifth place.

<sup>5</sup> *Mychelsone's* name, in 9<sup>o</sup> loco, appears above *Paterson's*, in 8<sup>o</sup> loco.

16 *May* 1514

Item<sup>1</sup> anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto xvi<sup>o</sup> mensis Maii post quendam actum birretatorum Rectore Decano et aliis magistris Facultatis in novis scholis manentibus conclusum erat ob nonnullas querelas tunc emergentes quod nullus magister presideret alicui birretando vel bachalariando nisi proprius regens illius vel ad minus habeat proprii regentis licenciam, pro qua discipulus componet<sup>2</sup> <cum suo regente><sup>3</sup> pro aliqua summa juxta discrecionem Decani antequam admittatur pro temptamine sub alio magistro quam sub suo regente, et hoc omnibus magistris regentibus dicte Facultatis tunc presentibus ad premissorum observacionem iniunctum erat a Decano sub pena periurii observari.

2 *October* 1514

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem 2<sup>o</sup> die mensis Octobris anno quo supra. In qua Congregacione Facultas elegit in quodlibetarium magistrum David Abercrummy et in eius absentia magistrum Johannem Wilkeston. Insuper Decano erat data potestas ad recipiendum juramenta determinancium. Et regentes elegerunt libros suos viz. magister David Abercrummy Summulas in Collegio, magister Robertus Bannerman Summulas in Pedagogio, magister Alexander Ayton Phisicam in Pedagogio. Alii autem non erant presentes.

CONTINUACIO VENERABILIS VIRI MAGISTRI PETRI CAPELLANI RECTORIS DE DENNENOW AC CANONICI COLLEGII SANCTI SALVATORIS IN DECANUM FACULTATIS ARCIUM UNIVERSITATIS SANCTIANDREE ANNO DOMINI 1514<sup>o</sup> ETC.

3 *November* 1514

Congregacione Facultatis Arcium tenta in [novis] scholis eiusdem 3<sup>o</sup> die mensis Novembris <anno quo supra>.<sup>4</sup> Facultas continuavit venerabilem et circumspectum virum magistrum Petrum Capellani in decanum Facultatis

<sup>1</sup> In margin : *Statutum.*<sup>3</sup> Added above the line.<sup>2</sup> Altered from *dabit.*<sup>4</sup> Added in the margin.

eiusdem. Et in eadem Congregacione Facultas elegit un receptorem Facultatis magistrum David Dischintone cuius juramentum recepit Decanus. Et pro assessoribus ipsi Decano continuavit eosdem quos anno priori viz. magistrum Hugonem Spens Prepositum Collegii Sancti Salvatoris et officialem principalem Sanctiandree, magistrum Thomam Ramsay rectorem de Kenbak ac canonicum Collegii Sancti Salvatoris, magistrum Robertum Davidsonne commissarium dicti officialis et magistrum Martinum Bawfowr, cum potestate ipsi Decano convocandi alios prout opus fuerit.

26 February 1514-15

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis xxvi<sup>o</sup> die Februarii anno quo supra. Facultas recepit determinantes pro responsione Quadragesimali de ter respondendo in ebdomada et quod non exponerent ultra duos solidos circa collacionem presidentis. Item in eadem Congregacione presentati erant intrantes et admissi ad temptamen magistrale. Quibus dedit temptatores pro regentibus magistrum Robertum Bannerman et magistrum Andream Irland, pro non regentibus magistrum Gawinum Logy et magistrum Bernerdum Crawford. Ubi conquestum erat per magistrum Robertum Bannerman regentem de inobediencia facta sibi per quendam suum studentem Georgium Sinklar nomine. Facultas decrevit ipsum secundum qualitatem delicti fore puniendum per suos regentes presente Decano, quod si non obtemperaverit reseicaretur a Facultate et a promociione ad aliquem gradum in eadem.<sup>1</sup>

2 April 1515

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis 2<sup>o</sup> Aprilis anno quo supra. Facultas elegit in provisores pro festo beati Johannis Ewangeliste venerabiles viros magistros Alexandrum Ayton et Thomam Ray. Insuper dispensavit cum determinantibus ut poterant eodem die post meridiem hora prima, presente Decano et duobus

<sup>1</sup> He was perhaps expelled. A George Sinclair matriculated in the Pedagogy in 1512 (*Early Records*, 208), but his name does not appear in any of the graduation lists.

regentibus uno Pedagogii et altero Collegii, trina vice simul respondere secundum ordinem quo determinaverunt, ita quod Decanus qui pro tempore fuerit vel eius deputatus perpetuis futuris temporibus (ad tollendum scismata et discordias inter loca) confirmaret eos bachalarios, completa responsione, sub hac forma: Ego N. Decanus Facultatis Arcium Universitatis Sanctiandree auctoritate omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli et sancte matris Ecclesie ac matris mee Facultatis Arcium do et concedo vobis N. N. N. facultatem exercendi<sup>1</sup> ea que rite ad gradum bachalariatus in artibus spectant in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen.<sup>2</sup> Eciam eadem Facultas ordinavit quod determinantes futuris temporibus quum admittuntur in principio Quadragesime ad responsionem in Quadragesima jurarent se (neque directe neque indirecte per se vel alios quovis quesito colore) non facere vigiliis de nocte perturbaciones seu provocaciones cum armis quibuscumque vel verbis contumeliosis usque ad finem responsionum Quadragesimalium, quodque si excessum aliquis fecerit privabitur illo anno a gradu bachalariatus.

1514-1515

## Nomina Determinantium anno 1514

*Primus actus in Collegio*

David Dowglas	} divites
Johannes Gard[i]ne <sup>3</sup>	
Johannes Smytht	
Willelmus Jong <sup>3</sup>	} pauperes
Patricius Hog	

*Secundus actus in Collegio*

Cudbertus Welch, pauper, juravit  
 Henricus Forsytht, pauper, juravit  
 David Fayrar, pauper, juravit  
 Thomas Logane, pauper

*Primus actus in Pedagogio*

Robertus Crechton	} divites
David Adamson	

*Secundus actus in Pedagogio*

Willelmus Sinklar	} divites
Dominus Johannes Todrik	

*Tertius actus in Collegio*

Allexander Athinlek	} divites
Thomas Hoy	
Thomas Rannaldson	

*Quartus actus in Collegio*

Johannes Scrimgeour, dives  
 Jacobus Makdowell, promisit  
 Robertus Menzeis, pauper

*Tertius actus in Pedagogio*

Willelmus Jonson	} divites
Georgius Fleschear	
Malcolmus Haweruk	
Willelmus Wilzamsone	
Johannes Watsone	

<sup>1</sup> *exercendi* in text.<sup>2</sup> See *Statutes*, 42.<sup>3</sup> The names of *Gardine* and *Jong* have been interpolated.

18 May 1515

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem xviii die mensis Maii anno quo supra. Temptatores continuabantur in examinatores. Et erat dispensatum illo anno cum licenciandis ut starent in cameris ad viii dies quamobrem contribuerent Facultati xxx solidos.<sup>1</sup>

28 May 1515

Nomina Licenciatorum xxviii Maii anno 1515

fol. 139<sup>r</sup>

Magister David Dowglas, in primo loco	} divites
Magister Johannes Spens, in 2° loco	
Magister David Strang, <sup>2</sup> in 3° loco	
Magister Willelmus Blakstok, <sup>3</sup> in 4° loco	
Magister Robertus Reyd, <sup>3</sup> in 5° loco	
Magister Willelmus Strang, in 6° loco	
Magister Georgius Strang, in 7° loco	
Magister Henricus Meffan, in 8° loco	
Magister David Gund, in 9° loco, pauper	
Johannes Duram, [in 10° loco], cepit instrumentum	
Normannus Gowrlay, in 11° loco, pauper <sup>4</sup>	
Andreas Steynson, dives	
Jacobus Leych, dives	
Magister Jacobus Wilson, pauper	
Robertus 3ong, cepit instrumentum, pauper	

1 October 1515

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem primo die Octobris anno quo supra. Facultas elegit secundum majorem<sup>5</sup> partem vocum in quodlibetarium magistrum Robertum Bannerman regentem Pedagogii. Et data erat potestas Decano ad recipiendum determinantes pro illo anno. Ubi regentes nominabant libros suos. Ibi<sup>6</sup>

<sup>1</sup> xxx<sup>ls</sup> in text.

<sup>2</sup> *Blakstok* and *Strang* are third and fourth respectively in the list, but their places are stated to be fourth and third respectively.

<sup>3</sup> Afterwards Bishop of Orkney, President of the College of Justice, and virtual founder of the University of Edinburgh (Dowden, *Bishops*, 265-7). He was a nephew of Robert Shanwell.

<sup>4</sup> Master Norman Gourlay was burned for heresy on 27 August 1534 (Dickinson's *Knox*, i, 25).

<sup>5</sup> *ajorem* in text. There has apparently been elision with the *m* of *secundum*.

<sup>6</sup> There is a mark in the margin opposite this entry.

nomine Facultatis magister Petrus Capellani Decanus pro tempore deliberavit quendam calicem argenteum Sacello Pedagogii, et Facultas decrevit eundem calicem prius signari hac sculptura, scilicet, Calix Facultatum Theologie et Arcium.

ACTA VENERABILIS ET EGREGII VIRI MAGISTRI GEORGII FERNE ARCHIDYACONI DUNKELDENSIS AC DECANI FACULTATIS ARCIUM SANCTIANDREE ANNO DOMINI 1515,<sup>1</sup> 3<sup>o</sup> NOVEMBRIS ETC.

3 November 1515

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis anno quo supra 3<sup>o</sup> Novembris. Facultas elegit in decanum venerabilem et egregium virum magistrum Georgeum Fern archidiaconum Dunkeldensem ac canonicum Aberdonensem. Et in eadem Congregacione dispensabatur cum studentibus Sancti Leonardi<sup>2</sup> non obstante quod erat illa dies festum Universitatis. Insuper quia magister Robertus Bannerman electus prius erat in quodlibetarium illius anni, allegavit propter impedimenta se non posse illud officium exercere<sup>3</sup> pro illo anno, dixit in presencia Facultatis se velle de sua bursa dare x solidos ultra taxam communem. Ideo Facultas eo anno decrevit dare quodlibetario illo anno si aliquis poterat inveniri quadraginta solidos. Item in bursarium illius anni continuabatur magister David Dischinton. Et Facultas dedit assessores Decano honorabiles viros magistrum Tomam Ramsay, magistrum Petrum Capellani, magistrum Robertum Davidson et magistrum Robertum Schanwell, cum potestate convocandi alios si opus fuerit.

10 February 1515-16

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis Arcium anno quo supra decimo Februarii. Facultas admisit

<sup>1</sup> Altered from 1514. The *Acta* continue to be written by Peter Chaplain, with his characteristic heading to each page.

<sup>2</sup> 6 November.

<sup>3</sup> *exercere* in text.

determinantes ad respondendum ter in Quadragesima prestito juramento solito et consueto. Item elegit in temptatores pro intrantibus ad gradum magisterii viz. pro Collegio magistrum Johannem Wilkeston pro regente et magistrum David Abercrummy pro non regente, pro Pedagogio magistrum Johannem Gardner pro regente et magistrum Johannem Forrest pro non regente. Insuper data erat potestas Decano recipiendi litteras pro lectura textus et presentacione dictorum intrancium, mediante juramento regentium quin ipsi intrantes antea in Congregatione dicta prestiterunt juramentum corporale de temporis sufficiencia secundum formam statutorum desuper editorum. Insuper consensu Facultatis electe erant certe honeste persone non suspecte viz. dompnus Willelmus Gund supprior monasterii Sanctiandree, dompnus Alanus Meldrum vicarius de Lucres,<sup>1</sup> magister Johannes Maitland subdecanus Rossensis, magister Walterus Smaw thesaurarius Dunkeldensis et dompnus Johannes Annand canonicus regularis ecclesie metropolitane Sanctiandree ad cognoscendum et terminandum querelas expositas eiis per Rectorem Universitatis, Decanum Facultatis Arcium et cives civitatis Sanctiandree de quibusdam studentibus Pedagogii scilicet Gawino Dunbar, Willelmo Sinklar et Willelmo Jonson cum eorum complicibus.

17 *March* 1515-16

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis fol. 139<sup>v</sup> eiusdem xvii<sup>2</sup> die mensis Marcii anno quo supra. Facultas elegit in provisores pro festo Sancti Johannis Ewangeliste magistrum Gawinum Logy et magistrum Bernardum Crawford. Item eadem Facultas dispensavit cum bachalariandis eo anno quatenus simul poterant eo die post meridiem respondere secundum tenorem et formam conclusionis et statuti desuper editi anno Domini 1514.

<sup>1</sup> Leuchars, in Fife.

<sup>2</sup> Altered from xx.

1515-1516

## Nomina Determinantium anno Domini 1515

<i>Primus actus in Collegio Sancti Leonardi</i>		<i>Tertius actus in Collegio Sancti Leonardi</i>	
Willelmus Hunter	} pauperes	Patricius Gaw	} pauperes
Thomas Brydy		Thomas Trayl	
Thomas Fyf		<i>Primus actus in Pedagogio</i>	
Robertus Coldan		Johannes Hendreson, dives	
Johannes Bruys		<i>Primus actus in Collegio Sancti Salvatoris</i>	
Robertus Sluchtman		Willelmus Garn, dives	
<i>Secundus actus in Collegio Sancti Leonardi</i>		Allexander Gowrlay } pauperes	
Dominus Ninianus Bard	} pauperes	<i>Secundus actus in Collegio Sancti Salvatoris</i>	
Johannes Rowl		David Abircrummy, dives	
Johannes Dowglas		Georgius Sydserwe, dives	
Johannes Wynram		David Ruderfurd, dives	
Johannes Dunkanson		Malcolmus Baxtar, pauper	
Alexander Alan <sup>1</sup>			

16 May 1516

<Anno etc. 1516>.<sup>2</sup> Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem xvi<sup>o</sup> die mensis Maii anno Domini 1516. Facultas elegit et continuavit temptatores in examinatores. Insuper eadem die Facultas nominavit certas honestas personas scilicet magistrum David Spens Rectorem Universitatis Sanctiandree, magistrum Hugonem Spens Prepositum Collegii Sancti Salvatoris ac officialem principalem sedis Sanctiandree, magistrum Georgium Fern archidiaconum Dunkeldensem ac Decanum Facultatis Arcium, dompnum Willelmum Gund suppiorem ecclesie metropolitane Sanctiandree, dompnum Alanum Meldrum vicarium de Luces, magistrum Thomam Ramsay rectorem de Kenbak, magistrum || Johannem Maytland subdecanum Rossensem, magistrum Jacobum Lyn rectorem de Durris, magistrum Petrum Capellanum rectorem de Dennennow, dompnum Johannem Annand canonicum regularem ecclesie metropolitane Sanctiandree, <dompnum Johannem Lewyn-

<sup>1</sup> Afterwards, under the name of Alesius, he became a famous Lutheran teacher in Germany.

<sup>2</sup> In the margin.

tone),<sup>1</sup> magistrum Michaellem Narn vicarium de Fordun, magistrum Robertum Davidson commissarium officialis principalis Sanctiandree, magistrum Robertum Bannerman, cum potestate convocandi alios si necesse fuerit. Quibus (ne de cetero indies vexaretur tota dicta Facultas) cum omni potestate prebuit robur et vigorem ratihabendo quicquid per dictas personas vel maiorem<sup>2</sup> partem eorundem factum vel conceptum fuerit ad commodum et utilitatem dicte Facultatis. Et quod ipsi prenominati vel maior<sup>3</sup> pars eorundem possunt decidere et terminare omnia negotia et queremonias que in dicta Facultate occurrunt vel occurrere possunt cum tanta potestate quanta tota Facultas in se plene congregata aliquid eorum per se faceret.

17 May 1516

Consultacione (habente vigorem tocius Facultatis Arcium ut haberetur in Congregacione facta supra immediate) tenta 17<sup>o</sup> mensis Maii anno quo supra in camera Rectoris Universitatis. Conclusum erat quod intrantes existentes in cameris manerent in eisdem usque [ad]<sup>4</sup> xxi diem mensis Maii. Et pro illa dispensatione contribuerent Facultati xxx<sup>ta</sup> solidos. Item deliberatum erat ibidem quod Willelmus Jonson et Willelmus Wilzamsone de quibus Decanus Facultatis erat querulosus manerent post aliorum suorum sociorum licenciam in artibus ad octo dies sequentes exercitantes<sup>5</sup> se ut debent secundum statutorum formam in examine, alias simpliciter erunt postpositi. Et fluxo illo termino si Decanusmet<sup>6</sup> non fuerit presens antequam fuerint licenciati reconsiliabunt se Facultati et prestabunt cautionem certo die statuendo de faciendo emendam domino Decano in sua presencia. Item quo ad iniurias

<sup>1</sup> Inserted in the margin.

<sup>2</sup> *aiorem* in text.

<sup>3</sup> *aior* in text.

<sup>4</sup> omitted in text.

<sup>5</sup> *exercitantes* in text.

<sup>6</sup> i.e. the Dean himself; *met* used as a suffix on the false analogy of *egomet*, etc.

Bedelli <et aliorum><sup>1</sup> continuata erat dicta consultacio usque ad xxvi diem mensis maii.

23 May 1516

Nomina Licenciatorum xxiii Maii anno Domini 1516

Magister Robertus Crechton, in primo loco	} divites
Magister Johannes Watson, in 2 <sup>o</sup> loco	
Magister Malcolmus Halcryg, in 3 <sup>o</sup> loco	
Magister David Adamson, in 4 <sup>o</sup> loco	
Magister Willelmus Jonson, in 5 <sup>o</sup> loco, cepit instrumentum	
Johannes Scrimgeour, in 6 <sup>o</sup> loco	
Magister Patricius Scot, in 7 <sup>o</sup> loco, pauper	
Magister Thomas Hoy, in 8 <sup>o</sup> loco, solvit	
Dominus Alexander Irland, in 9 <sup>o</sup> loco, pauper <sup>2</sup>	
Henrycus Forsytht, in 10 <sup>o</sup> loco, solvit	
David Farar, in 11 <sup>o</sup> loco, pauper	
Robertus Menzeis, in 12 <sup>o</sup> loco, pauper	
Magister Georgius Fleschar, in 13 <sup>o</sup> loco, cepit instrumentum <sup>3</sup>	
Magister Alexander Authinlek, in 14 <sup>o</sup> loco, cepit instrumentum	
Magister Dominus Johannes Todrik, in 15 <sup>o</sup> loco, solvit	
Thomas Logane, in 16 <sup>o</sup> loco, pauper	
Johannes Gardyn, in 17 <sup>o</sup> loco, solvit	
Allexander Gowrly, in 18 <sup>o</sup> loco, pauper	
Patricius Hog, in 19 <sup>o</sup> loco, pauper	
Magister Willelmus Synclar <sup>4</sup>	
Magister Willelmus Wilzamsone <sup>4</sup>	

6 October 1516

fol. 140<sup>v</sup>

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem vi Octobris anno quo supra. Facultas elegit in quodlibetarium magistrum Robertum Bannerman. Regentes elegerunt libros suos. Dabatur facultas Decano recipiendi determinantes pro illo anno. Quo ad concernentia commodum Facultatis dabatur facultas personis prius nominatis in alio folio precedenti huic<sup>5</sup> immediate sequenti [*sic*] talia omnia terminandi et decidendi.

14 October 1516

Congregacione<sup>6</sup> Facultatis Arcium tenta in camera magistri nostri magistri Hugonis Spens Prepositi Collegii

<sup>1</sup> Added above the line.

<sup>2</sup> Altered from *solvit*.

<sup>3</sup> *solvit*, scored out after *instrumentum*.

<sup>4</sup> These names have been appended later in lighter ink. *Magister* and *pauper* have been added to the appropriate names in the same ink.

<sup>5</sup> Or *hinc*.

<sup>6</sup> In the margin: *Statutum*, and a pointing hand.

Sancti Salvatoris ac officialis principalis Sanctiandree etc. die xiiii Octobris anno quo supra. Perpetuis futuris temporibus irrevocabiliter statutum est quod in principio novi ordinarii eligantur quatuor seniores regentes viz. duos de Collegio Sancti Salvatoris et duos de Pedagogio unacum Decano Facultatis Arcium ad examinandum singulos studentes dicte Facultatis antequam ascendant ad Summulas, logicam Aristotelis vel phisicam, ita quod solum reperti idonei grammatici admittantur ad Summulas et idonei summuliste ad logicam et idonei logici ad phisicam; et qui non fuerint sic reperti idonei per dictos examinatores,<sup>1</sup> ipsi examinatores, mediante eorum juramento Decano super hoc prestito, intimabunt<sup>2</sup> [nomina eorum] Decano, principali loci in quo stant ceterisque regentibus, qui idoneos promovebunt ordinando eos in ascensu secundum ordinem in scientiis, reliquos postponendo quousque reddantur idonei.

Insuper<sup>3</sup> in eadem Congregacione statutum erat de cetero futuris temporibus quod, ut honestius ministretur in scolis et aula tempore actorum Facultatis Arcium et precipue in determinanciis in responsionibus in vico in birretacionibus magistrorum, quod si fuerint duo potentes simul determinantes antequam admittantur presentabunt se coram principali loci in quo stant cum suo regente et considerentur eorum facultates et ad minus solvant pro distribucionibus in scola xl<sup>ta</sup> solidos et pro aula quatuor libras, et si ex eorum facultatibus plus possint solvere, prout videtur decens et expediens agere, solvant tam pro scola quam pro aula proportionaliter secundum discrecionem principalis loci ceterorumque regencium eiusdem. Si autem fuerint plures potentes quam duo<sup>4</sup> in eodem actu plus solvant proportionaliter secundum discrecionem principalis ceterorumque regencium, et ista faciant seclusis aliis oneribus viz. bursarum,

<sup>1</sup> The sentence structure here is defective, but the sense is clear. According to their oath the examiners shall intimate to the Dean, to the principal regent and other regents of the respective colleges the names of those found unfit; and they shall promote the fit according to merit, keeping back the others until they are fit.

<sup>2</sup> *intimabuntur* in text.

<sup>3</sup> In the margin: *Statutum postea abrogatum.*

<sup>4</sup> Altered from *tres*.

salariorum<sup>1</sup> presidentis et bedelli. Quoad responsiones in vico ordinatum erat quod simul non responderent nisi sex quorum quatuor erunt potentes et duo pauperes, et qui minus solvit de potentibus solvat vi s. et viii d. et non minus, ultra autem solvent secundum proportionem facultatum eorundem et discretionem<sup>2</sup> principalis loci et regentium, et istud fiat preter alia onera bedello et presidenti pertinentia<sup>3</sup>. Quo ad birretacionem licenciatorum statutum est quod distribuciones in scolis quo ad cirothecas pariformiter fiant ut supra quo ad determinantes, sed quo ad distribucionem birretorum ordinatum est quod distribuantur tot birreta viz. unum Rectori Universitatis, unum Decano Facultatis Arcium, unum presidenti, unum singulis magistris responsalibus a latere, unum singulis temptatoribus et examinadoribus, unum sophiste<sup>4</sup> et unum principali loci et quod quodlibet istorum birretorum ad minus valeat ad pretium quinque solidorum. Quo ad aulam in die magisterii et birretacionis solvant seu faciant pariformiter quem admodum determinantes ut supra. Et quod tam cerothece quam birreta considerentur in eorum bonitate et valore secundum quod decet et expedit a presidente nocte precedente<sup>5</sup> actum sicut ipse presidens velit respondere super hoc Decano, principali loci, ceterisque regentibus et tote<sup>6</sup> Facultati.

fol. 141<sup>r</sup>

ACTA VENERABILIS ET PERDOCTI VIRI MAGISTRI PETRI CAPPELLANI RECTORIS DE DENNENNOW CANONICI ECCLESIE COLLEGIATE SANCTI SALVATORIS AC DECANI FACULTATIS ARCIUM UNIVERSITATIS SANCTIANDREE ANNO DOMINI 1516 3<sup>o</sup> NOVEMBRIS.

3 November 1516

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem 3<sup>o</sup> Novembris anno ut supra. Electus erat in

<sup>1</sup> *sellariorum* in text.

<sup>2</sup> *discretionem* in text.

<sup>3</sup> See *Statutes*, 53.

<sup>4</sup> A sophist was a student who had disputed successfully in his preliminary examination (see Rashdall, *Universities*, i, 452-3 and n).

<sup>5</sup> *presidente* in text.

<sup>6</sup> *loti* in text.

decanum Facultatis Arcium pro illo [anno] venerabilis et perdoctus vir magister Petrus Capellani, cui dabantur assessores idem sicut in anno preterito cum potestate convocandi alios. Et in bursarium Facultatis Arcium elegebatur magister Johannes Gardner qui prestitit juramentum ut moris est. Dispensabatur ut Gawinus Dunbar poterat determinare in die Sancti Leonardi non obstante quod erat festum Universitatis.

2 March 1516-17

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem 2<sup>o</sup> Marcii. Electi erant in temptatores pro intrantibus magister Robertus Bannerman regens, magister Johannes Watson non regens de Pedagogio, et magister Thomas Ray regens, magister Robertus Reyd [non regens] pro Collegio. Item recepti erant determinantes responsuri in Quadragesima illius anni jurati ut moris est. Recepti erant ad gremium Facultatis magister Johannes Weddell officialis Sanctiandree principalis, magister Walterus Sandelandis, magister Andreas Kynninmonth ad regenciam, magister Malcollmus Aycroy et magister David Gund ad Facultatem et regenciam. Presentati erant intrantes illius anni prestito juramento de complemento temporis et formalitatum, quorum eciam regentes dictos presentantes ad idem prestiterunt juramentum.

1516-1517

Nomina Determinancium anno Domini 1516

*Primus actus in Pedagogio*

Gawinus Dunbar, solvit  
Bernardus Balze, solvit  
Johannes Ballantyn, solvit

*Primus actus in Collegio*

Georgius Kennedy, solvit  
Johannes Ayton, solvit  
Gilbertus Corry, pauper

*Secundus actus in Pedagogio*

David Seyton, solvit  
Allexander Seyton, solvit  
Dominus Johannes Nicholson

*Secundus actus in Collegio*

Willelmus Marschel, pauper  
Georgius Kar, pauper

6 April 1517

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem vi die Aprilis anno quo supra. Electi erant in

provisores pro festo Sancti Johannis Ewangeliste magister Thomas Bawfour et magister Willelmus Synclar. Et quia bachalariandi aliqui illo anno contempserunt statuta Universitatis et Facultatis Arcium necnon litteras monitoriales sub pena excommunicacionis sentencie late ne aliquis faceret insolencias vigiliis et provocationes qualescumque post novenam horam de sero, postpositi sunt ab eorum promocione durante beneplacito Facultatis ad condignam emendam, et propter idem ipsi cum omnibus suis complicitibus excommunicati sunt declarati donec obligaverint se stare mandatis Ecclesie.

13 May 1517

fol. 141<sup>v</sup>

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis anno quo supra 13<sup>o</sup> mensis Maii<sup>1</sup> Facultas temptatores continuavit in examinatores. Et ibi ad suplicacionem Decani **CONCLUSUM ERAT**<sup>2</sup> quod in futurum Bedellus inveniet cappas pannulatas pro intrantibus, pro quarum qualibet quilibet intrans dabit Bedello duos solidos ad sustentandum easdem, nec aliquis intrans sive dives sive pauper utetur aliqua cappa praeter quam Bedellus sibi assignaverit. Quod si fecerit, non minus solvet dicto Bedello. Istam solucionem faciant antequam admittantur ad licenciam; et quod sub pena quatuordecem solidorum restituant eandem cappam in suo valore pristino eidem Bedello habita licencia et eo coram testibus appreciatoribus. **INSUPER CONCLUSUM**<sup>3</sup> erat ut ordo processionis regalis solite fieri in Pedagogio in festo Sancti Johannis Ewangeliste deinceps fiat secundum arbitrium et discretionem<sup>4</sup> principalis magistri dicti Pedagogi et reliquorum regentium eiusdem. Quorum ordinacioni si aliquis obsteterit incurrat ille penam debitam pro inobedientia manifesta secundum rigorem statutorum. **IBI EST ECIAM ORDINATUM**<sup>5</sup> quod intrantes stabunt in

<sup>1</sup> Altered from *Novembris*.

<sup>2</sup> In bold letters.

<sup>3</sup> In bold letters.

<sup>4</sup> *discretionem* in text.

<sup>5</sup> In bold letters.

cameris usque ad vigiliam Ascencionis et tunc<sup>1</sup> 20 diem Maii celebrabitur actus lycencie. Et pro dispensacione illius anni quia inventi sunt nisi quatuor potentes dabunt quatuordecem solidos.

1517

Nomina Licenciatorum anno Domini 1517

Magister Robertus Coquheyn	} potentes
Johannes Hendrison	
Magister David Abercrummy	
Magister Georgius Sydserwe	
Magister Malcolmus Baxter	
Magister Dunkanus Irland	
Magister Robertus Coldane	
Magister Patricius Gawy	
Magister Johannes Dowglas	
Magister Willelmus Hunter	
Magister Johannes Rowl	
Magister Thomas Fyf	
Thomas Bryde	
Magister Thomas Trayle	
Johannes Brus	

4 October 1517

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem quarto Octobris anno quo supra. Facultas elegit in quodlibetarium pro illo anno magistrum Andream Irland, necnon dabat facultatem ipsi Decano recipiendi determinantes illius anni et ad eligendum examinatores ad examinandum de novo intrantes summulistas et logicos. Ipsique regentes elegerunt<sup>2</sup> libros suos quos pro illo anno decreverunt legere.

ACTA VENERABILIS ET MAGNE PRUDENCIE VIRI MAGISTRI fol. 142<sup>r</sup>  
ROBERTI SCHANWELL VICARII DE KYRKCALDI COMMISSARII  
OFFICIALIS SANCTIANDREE PRINCIPALIS AC DECANI UNI-  
VERSITATIS ARCIIUM [*sic*] SANCTIANDREE ANNO DOMINI MILLE-  
SIMO QUINGENTESIMO DECIMO SEPTIMO.

3 November 1517

Congregatione Facultatis Artium tenta in novis scolis Artium eiusdem tertio die mensis Novembris anno Domini

<sup>1</sup> *et tunc* written twice. 20 May was Ascension Eve in 1517.

<sup>2</sup> *eligerunt* in text.

quo supra. In qua Congregatione Facultatis Artium Facultas elegit venerabilem virum magistrum Robertum Schanwell vicarium de Kyrkaldy commissariumque officialis Sanctiandree principalis in decanum Facultatis Artium eiusdem. Et in eadem Congregatione continuatus fuit magister Johannes Gardner in officio bursarii usque ad suum proximum compotum. In qua eciam Congregatione Facultas aliquos dedit assessores ad assistendum Decano in suo officio viz. venerabiles et egregios viros magistros Hugonem Spens Prepositum ecclesie collegiate Sancti Salvatoris, Johannem Weddall <canonicum Moraviensem ac><sup>1</sup> officialem Sanctiandree principalem, Thomam Ramsay rectorem de Kenbak, Petrum Capellani rectorem de Dunnennow et David Mailwill regentem principalem Pedagogii Sanctiandree, cum potestate alios convocandi si opus fuerit etc.

22 February 1517-18

Congregatione Facultatis Artium tenta in novis scholis eiusdem xxii<sup>o</sup> mensis Februarii anno quo supra. Electi erant in temptatores pro intrantibus magister David Mailwill regens, magister Willelmus Sinclar non regens de Pedagogio, magister Andreas Irland regens et magister David Strang non regens pro Collegio. Item recepti erant determinantes responsuri in Quadragesima illius anni iurati ut moris est. In qua eciam Congregatione allocata fuit per Facultatem magistro Andree Irland summa quadraginta<sup>2</sup> solidorum pro suo salario officii quodlibetariatus<sup>3</sup> anni instantis quo supra. Et supplicatum fuit Facultati per magistrum Robertum Bannarmane pro solutione summe xl s. sibi fienda pro salario sui officii quodlibetariatus<sup>4</sup> anni i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> xvi attento quod dictus magister Andreas Irland suus successor immediatus tantam summam optinebat et similiter antecessor suus magister Johannes Wylkesone habuit sibi concessam et allocatam anno i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> xv a Facultate

<sup>1</sup> Added above the line.

<sup>2</sup> *quadragenta* in text.

<sup>3</sup> *quodliberiatius* in text.

<sup>4</sup> *quodliberiatius* in text.

pro suo salario officii quodlibetariatus<sup>1</sup> summam xls., quamquidem supplicationem Facultas reputans justam et rationi ac equitati congruam decrevit et ordinavit propterea persolvere dicto magistro Roberto pro salario<sup>2</sup> dicti officii quodlibetariatus<sup>3</sup> summam xls. Et insuper in eadem Congregatione Facultas attendens arduos labores et vigiliis quodlibetariorum in officio quodlibetariatus ac eorundem in Universitate raritatem et difficultatem habendi propterea statuit et ordinavit dicta Facultas temporibus et annis pro futuris persolvere cuilibet quodlibetario pro suo salario et mercede quadraginta solidos.

ACTA VENERABILIS PERDOCTIQUE VIRI MAGISTRI PETRI fol. 142<sup>v</sup>  
 CAPELLANI ARCIUM MAGISTRI IN SACRA THEOLOGIA LICEN-  
 CIATI RECTORIS DE DENNENNOW CANONICI ECCLESIE  
 COLLEGIATE SANCTI SALVATORIS AC DECANI FACULTATIS  
 ARTIUM UNIVERSITATIS SANCTIANDREE SEPTIMO DIE MARCII  
 ANNO DOMINI 1517.

7 March 1517-18

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem <anno mense die quibus supra><sup>4</sup> venerabilis vir Robertus Schanwel vicarius de Kyrkaldy Decanus Facultatis Arcium tunc Rector dicte Universitatis de novo electus officium decanatus deposuit in manibus magistrorum dicte Facultatis ut aliquam idoneam personam de novo eligerent pro decano, ubi Facultas elegit in decanum pro illo anno venerabilem et discretum virum magistrum Petrum Capellanum rectorem de Dennennow. Item eadem Facultas eligit in provisores pro festo Sancti Johannis Ewangeliste ante<sup>5</sup> portam Latinam magistrum David Gwnd et magistrum Johannem Todrik. Assessores Decani posuit<sup>6</sup> Facultas in optione eius quos voluerit vocare.

<sup>1</sup> *quodliberiatius* in text.

<sup>2</sup> *sollario* in text.

<sup>3</sup> *quodliberiatius* in text.

<sup>4</sup> Added above the line.

<sup>5</sup> *ad* in text.

<sup>6</sup> *possit* in text.

1517-1518

## Nomina Determinantium anni Domini 1517

*Primus actus in Collegio Sancti Salvatoris*

Andreas Irland, dives  
 Alexander Foster, pauper  
 Johannes Rolland, pauper  
 Johannes Wilzamsen, pauper

*In Collegio <Sancti Leonardi><sup>1</sup>  
actus primus*

Jacobus Schorswod, pauper  
 Thomas Cunyngame, pauper  
 Andreas Cruk, pauper

*Secundus actus in eodem Collegio*

Lanslotus Cok, pauper  
 David Bawduwe, pauper  
 Jacobus Maitland, pauper  
 Willelmus Ramsay, pauper

*In Pedagogio*

Walterus Achterlony, dives  
 Thomas Malyn, dives  
 Archibaldus Osswald, dives  
 Donaldus Borrocht, pauper  
 Alexander Brand, pauper

*In Collegio Sancti Salvatoris  
secundus actus*

Walterus Malyn, dives  
 Alexander Currou, dives  
 Johannes Sinclair, dives  
 Ricardus Borthwik, pauper

*In Collegio Sancti Salvatoris  
tertius actus*

Johannes Colquheyn, dives  
 Jacobus Chaplan, pauper

15 May 1518

fol. 143<sup>r</sup>

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem decimo quinto mensis Maii anno quo supra. Continuavit temptatores in examinatores eiusdem anni mediante iuramento solito et consueto. Et diem licencie vigesimo primo Maii assignavit, pro cuius dispensatione, quia inventi sunt solum sex potentes, contribuerent Facultati xx s.

1518

## Nomina Intrantium anni Domini 1518

Magister	Gawinus Dunbar	} in circulo, potentes
	Georgius Kennedy	
	Walterus Malwyn	
	David Seyton	
	Allexander Seyton	
	Allexander Currou	} potentes
	Willelmus Gardyn,	potens
	Willelmus Marschell,	pauper
	Dominus Johannes Nycholson,	pauper
	Ricardus Borthik,	pauper
	Gilbertus Corre,	pauper

<sup>1</sup> Above the line; altered from *Montis acuti*. Peter Chaplan may have been a fellow-student with John Major at the College of Montaigu in Paris (Major, *History*, 439). The Paris records are defective.

2 October 1518

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem 2<sup>o</sup> die mensis Octobris anno ut supra. Facultas elegit in quodlibetarium magistrum David Maylyn<sup>1</sup> de Pedagogio et ipse in presentia Facultatis rogavit magistrum Allexandrum Aytoun, ut acceptaret officium pro eo, qui et acceptavit. Regentes nominarunt libros ut moris est. Admissio determinantium reservabatur Decano et electio examinerum ad examinandum summulistos logicos et phisicos illius anni similiter concedebatur ipsi Decano.<sup>2</sup>

ACTA VENERABILIS ET MAGNE SPECULATIONIS VIRI MAGISTRI fol. 143<sup>v</sup>  
NOSTRI MAGISTRI THOME RAMSAY RECTORIS DE KENBAK AC  
DECANI FACULTATIS ARCIUM ANNO DOMINI ETC. QUIN-  
GENTESIMO DECIMO OCTAVO.

3 November 1518

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem 3<sup>o</sup> die mensis Novembris anno quo supra pro electione novi Decani. In Congregacione Facultas elegit in decanum magne circumspectionis virum magistrum nostrum magistrum Thomam Ramsay rectorem de Kenbak, ac in eadem Congregacione continuatus erat M. Robertus Bannerman in officio bursarii Facultatis Arcium. Insuper in eadem Congregacione elegerunt assessores ad assistendum Decano in concernentibus commodum et honorem Facultatis viz. magistrum Robertum Schanwell Rectorem Universitatis Sanctiandree, magistrum nostrum magistrum Hugonem Spens Prepositum Collegii Sancti Salvatoris, magistrum Johannem Wedall canonicum Moraviensem ac officialem Sanctiandree principalem, magistrum David Spens rectorem de Fleisk, magistrum nostrum magistrum Petrum Capellani rectorem de Dunennow, magistrum [Robertum] Creychtoun prepositum ecclesie Sancti Egidii, magistrum David Mailwyn, magistrum Alexandrum Balfour

<sup>1</sup> Above the line, altered (in a darker ink) from *Meldrum*.

<sup>2</sup> Half a page left blank after this minute.

vicarium de Kilmany, magistrum Martinum Balfour vicarium de Quyltis, magistrum Johannem Spens prebendarium capelle Sancti Katerine,<sup>1</sup> cum potestate vocandi alios.

1518-1519

Nomina Determinantium

*Primus actus in Collegio*

Johannes Mailwyn  
Andreas Watsone  
Robertus Anderson

14 *March* 1518-19

fol. 144<sup>r</sup>

<sup>2</sup>Congregacione Facultatis Artium tenta in novis scolis eiusdem feria secunda prime ebdomade Quadragesime pro electione temptatorum anno quo supra. In qua Congregatione Facultas elegit discretos viros in temptatores viz. magistrum David Guthynd, magistrum Alexandrum Aiton<sup>3</sup> pro regentibus, magistrum Villelmum Marschell et magistrum Andream Kynnynmonth pro non regentibus ad examinandum intrantes dicti anni, et admissi erant intrantes ad temptamen, et determinantes recepti ad respondendum in Quadragesima et jurati ut moris est. In eadem Congregatione suplicatum erat per magistrum Gawinum Logy regentem Collegii Sancti Leonardi de novo fundati pro suo interesse ut nonnulli regentes illius loci in temptatores nominarentur seu eligerentur sed sue supplicacioni delatum erat propter penuriam assessorum.

16 *April* 1519

Congregacione Facultatis Artium tenta in novis scolis eiusdem decimo sexto die mensis Aprilis vigilia Palmarum anno ut supra. In qua Congregatione Facultas elegit

<sup>1</sup> The chapel of St. Katharine was in St. Salvator's College. The chaplain was to lecture in Canon Law (Cant, *St. Salvator*, 25).

<sup>2</sup> There are no page headings under this Dean.

<sup>3</sup> The ink, which is faint in places throughout the paragraph, has almost faded from the first letters of this name.

discretos viros viz. magistros Vilelmmum Strang et Thomam Fiff in provisores pro festo Beati Johannis Ewangeliste.

18 May 1519

Congregacione Facultatis Artium tenta in novis scolis eiusdem decimo octavo die mensis Maii anno quo supra. Quo die Facultas continuavit temptatores in examinatores eiusdem anni mediante juramento solito et consueto. Et diem licencie assignavit vicesimum tercium eiusdem mensis et solverunt pro dispensacione xx s., et in eadem Congregatione receptus in Facultate magister Walterus Grundestoun graduatus in civitate Aberdonensi.

23 May 1519

Nomina Licenciatorum anni etc. quingentesimi decimi noni vicesimo tercio Maii

Johannes Colquhone, vicarius Glasguensis	Alexander Froster
Walterus Ochterlony	Thomas Ranaldsone
Thomas Malvil	Dominus Alexander Brand
Andreas Yrland	Johannes Rolland
	Johannes Williamsone

7 October 1519

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem septimo die Octobris, in illum nempe diem propter indulgentias eodem anno occurrentes<sup>1</sup> Congregatio dilata fuerat. In qua Congregatione electus erat unanimi consensu magister David Gwynd unus regencium Collegii in quodlibetarium, magistro David Malvill principali regente Pedagogii officium recusante<sup>2</sup> ea de re, nam anno immediate precedente in idem officium nominatus fuerat sed ipsum declinavit allegando quedam<sup>3</sup> impedimenta et substituit magistrum Robertum Bannerman in officium quodlibetariatus, ex qua substitutione et eiusdem magistri Roberti

<sup>1</sup> Apparently a reference to the indulgence granted to pilgrims to the metropolitan Church of St. Andrews 'at the time of the indulgences of St. Michael' (*Formulare*, i, 65-6). St. Michael's day is 29 September.

<sup>2</sup> *recusanti* in text. A word seems to be blotted out above *recusanti*.

<sup>3</sup> *quidam* in text.

admissione || voluit simpliciter officium recusare,<sup>1</sup> suis tamen allegacionibus pensatis Facultas pro eo anno eum exoneravit dummodo officium anno futuro <immediate seu mediate sequente><sup>2</sup> acceptaret, et in eadem Congregacione potestas data erat Decano ad recipiendum determinantes illius anni. Insuper regentes elegerunt libros.

ACTA VENERABILIS PERDOCTIQUE VIRI MAGISTRI NOSTRI  
MAGISTRI PETRI CAPELLANI RECTORIS DE DENNENNOW AC  
DECANI FACULTATIS ARCIUM ANNO DOMINI MILLESIMO QUIN-  
GENTESIMO XIX<sup>o</sup> TERCIO DIE MENSIS NOVEMBRIS.

3 November 1519

Congregacione Facultatis Arcium tenta in scolis Arcium 3<sup>o</sup> die mensis Novembris anno quo supra. Facultas elegit in decanum colendissimum magistrum nostrum magistrum Petrum Capellanum, cui dedit assessores viz. magistrum Johannem Weddell Rectorem Universitatis Sanctiandree ac officialem principalem Sanctiandree, magistrum nostrum magistrum Hugonem Spens Prepositum Collegii Sancti Salvatoris, magistrum nostrum magistrum Thomam Ramsay rectorem de Kenbak, magistrum Robertum Crechton Prepositum ecclesie Sancti Egidii, magistrum Robertum Schanwel vicarium de Kyrcaudy, magistrum Alexandrum Bawfour vicarium de Kylmane, magistrum Martinum Bawfour vicarium de Quyltis, magistrum David Maylyn dominum promotorem,<sup>3</sup> cum potestate convocandi alios. Et in eadem Congregacione continuavit in bursarium magistrum Robertum Bannerman. Insuper dominus Decanus

<sup>1</sup> *recusase* in text. Misspellings are deleted, before this word and elsewhere in this minute.

<sup>2</sup> Added above the line.

<sup>3</sup> The promotor was appointed to look after University business. (*Evidence*, 234). At Paris the *promotor Universitatis* was the chief permanent official of the university, combining the functions of a university counsel or solicitor with those of a registrar. At Bologna the promotor presented candidates for degrees. He became an important official at Rostock and other German universities (Rashdall, *Universities*, i, 225-8, 420; ii, 262). The statutes of Glasgow provided for the annual election of a promotor or General Syndic. (*Munimenta*, ii, 9-11; cf. Mackie, *University of Glasgow*, 15-16.)

citavit omnes regentes quatenus prestarent Decano juramentum fidelitatis feria secunda immediate sequente.

14 *November* 1519

Congregacione Facultatis Arcium tenta in scholis Arcium 14<sup>o</sup> die mensis Novembris anno quo supra. Supplicatum erat quatenus Facultas dispensaret cum duobus studentibus viz. Johanne Synclar ac domino Willelmo Olyphant, ut non obstante interruptione temporis ad annum poterant promoveri ad gradum. Ad dictam supplicationem Facultas respondet, si predicti studentes neglecta per eos tam in audicione librorum quam in amissione temporis perimplerint, causando aliquem magistrum eiis legere, poterant procedere, illis expletis, sinautem non. Ubi in facie Facultatis dicti studentes promiserunt premissa perimplere, et magister David Gund regens similiter promisit ibidem neglectos libros eiis legere et perficere.

27 *February* 1519-20

Congregacione Facultatis Arcium tenta 27 die mensis Februarii anno quo supra in novis scholis Arcium. Admissi erant determinantes ad responsiones Quadragesimales qui prestiterunt juramenta solita et consueta. Item pro intrantibus electi erant temptatores viz. magister Alexander Ayton, magister David Mows, magister Malcolmus Aycroy et magister Andreas Irland. Jurati erant ut moris est. Quo ad receptionem intrantium dabat Facultas ipsi Decano [potestatem] eos recipiendi in sua camera. Et quia magister Robertus Bannerman fuit continuatus in officio bursarii Facultatis Arcium usque ad diem date presentis Congregationis Facultas elegit certos computatores ad audiendum suum compositum viz. magistrum Robertum Schanwel, magistrum Georgium Fern, magistrum Alexandrum Bawfour et magistrum David Gwnd, unacum Decano habente potestatem convocandi quos voluerit.

31 March 1520

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis Arcium ultimo die mensis Marcii anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo. Electi erant in provisores pro festo Sancti Johannis Ewangeliste ante portam Latinam magister Malcolmus Aycroy et magister David Mows. Eodemque die suplicatum erat ut determinantes poterant simul respondere ter in feria secunda proxima. Cui suplicacioni Facultas annuit secundum formam et modum conclusionis desuper prius edite in folio septimo<sup>1</sup> columna prima.

1519-1520

fol. 145<sup>r</sup><sup>2</sup>Nomina Determinancium anno Domini 1520<sup>3</sup>*In Collegio primus actus*

Willelmus Chesum, solvit  
Willelmus Drummond, solvit  
Jacobus Rolland  
David Gowrlay

*In loco Sancti Leonardi primus actus*

Johannes Pebilis  
Duncanus Dunkanson  
Dominus Andreas Cowper  
Johannes Meffan  
Johannes Almont

*Secundus actus in Collegio*

Dominus Willelmus Oliphant, determinavit sed non respondit in quadragesima, solvit tamen  
Johannes Bawfour  
Jacobus Mylis

*In Collegio tertius actus*

Johannes Jakson, solvit  
Willelmus Halkarston, solvit

*In Collegio Sancti Leonardi secundus actus*

Robertus Richartson  
Allexander Schand  
Johannes Donaldson  
Allexander M<sup>r</sup> Kalpy  
Andreas Bynnyng  
Mauricius M<sup>r</sup> Clayn  
Jacobus Ferly

*In Pedagogio*

Alexander Grant, solvit  
Henricus Petkarn, solvit  
Andreas Fowlayr

4 May 1520

Congregacione<sup>4</sup> Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem quarto Maii anno quo supra pro aliquibus tangen-

<sup>1</sup> Changed from *sexto*. The reference is seven folios back, i.e. folio 137, *recto* (*columna prima*), Congregations of 6 March 1513-14 and 8 April 1514.

<sup>2</sup> Peter Chaplain continues his customary heading to each page.

<sup>3</sup> *sic*: that is, the academic year 1519-1520. The editor of *Early Records* has altered the year to 1519.

<sup>4</sup> There is a pointing hand in the margin opposite this word.

tibus libertatem et privelegia eiusdem Facultatis. Quia compertum est nonnullos magistros aliasque personas contra eorum juramenta (quibus astricti sunt libertatem et privelegia dicte Facultatis pro posse defendere et procurare ad quemcumque statum devenerint) ad<sup>1</sup> reverendissimum dominum nostrum dominum Archiepiscopum Sanctiandree<sup>2</sup> super defectibus et excessibus factis per membra dicte Facultatis immediate, omissis mediis scilicet regentibus Decano et Rectore Universitatis, queremoniam non parvam exposuisse et plus quam par erat aggravasse in grave dampnum et preiudicium privelegiorum et libertatis dicte Facultatis et Universitatis, notam periurii temere incurrentes, ideo perpetuis futuris temporibus irrevocabiliter nullo contradicente [Facultas] sanxit<sup>3</sup> et statutum fieri mandavit, quod si contingat aliquem studentem in Facultate Arcium delinquere fiat querela immediate ad regentes suos, quibus necligentibus procedat ad Decanum dicte Facultatis, ipsoque necligente ad Facultatem Arcium congregandam per assessores Decano eiusdem. Et ibi fiat statutum<sup>4</sup> sub pena xl s. conformiter ad statutum Universitatis factum de appellandibus a Rectore, sic quod non liceat ulterius ascendere vel procedere nisi ipsa Facultas velit consentire quatenus procedatur ad Rectorem Universitatis et ipsam Universitatem dumtaxat.

15 May 1520

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem xv<sup>o</sup> mensis Maii anno quo supra. Facultas continuavit temptatores in examinatores viz. magistrum Alexandrum Ayton, magistrum Malcolmum Aycroy, magistrum David Mows et magistrum Andream Irland juniorem, quos Decanus monuit sub pena periurii prestare juramentum consuetum et ad statuta rigorese observanda sub simili pena, qui simpliciter juraverunt statuta secundum rigorem observare. In eadem eciam Congregacione dispensatum est

<sup>1</sup> *ideo scored out before ad.*

<sup>2</sup> Andrew Forman, provided 13 November 1514, but not admitted to the temporalities until February 1515-16 (Dowden, *Bishops*, 39).

<sup>3</sup> *sanctivit* in text.

<sup>4</sup> *status* in text.

cum intrantibus in cameris ad viii dies et propterea contribuere Facultati x. s.

23 May 1520

fol. 145<sup>v</sup>

Nomina Licenciatorum anni etc. vigesimi 23<sup>o</sup> Maii

Magister Johannes Synclar, ordinatus in primo loco per Cancellarium et non per examinatores, solvit  
 Magister Andreas Watson, in 2<sup>o</sup> loco, solvit  
 Johannes Malwill, in 3<sup>o</sup> loco, solvit  
 Magister Robertus Anderson, in 4<sup>o</sup> loco  
 Jacobus Schoriswod, in 5<sup>o</sup> loco  
 Dominus Jacobus Maitland, in 6<sup>o</sup> loco  
 David Baldwe, in 7<sup>o</sup> loco

2 October 1520

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem 2<sup>o</sup> die mensis Septembris<sup>1</sup> anni Domini millesimi quingentesimi vigesimi. In quodlibetarium electus est magister Gawinus Logy. Regentes elegerunt suos libros prout moris est. Determinantium admissio reservabatur ipsi Decano per Facultatem.

ACTA VENERABILIS ET ERUDITI VIRI MAGISTRI DAVID MELLVYLL PRINCIPALIS REGENTIS PEDAGOGII DECANI FACULTATIS ARCIUM STUDII SANCTIANDREE ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO 20<sup>mo</sup> TERCIO NOVEMBRIS.

3 November 1520

Congregacione Facultatis Arcium <in><sup>2</sup> novis scolis tenta 3<sup>o</sup> die mensis Novembris anno quo supra pro electione novi decani. Facultas elegit in decanum perdoctum virum magistrum David Mellvell Principalem Regentem Pedagogii Universitatis Sanctiandree. Et in eadem Congregacione continuatus erat magister Robertus Banyrman in officio bursarii usque ad novum comptum. Insuper dicta Facultas elegit assessores ad assistendum Decano in concernentibus commodum et honorem Facultatis viz. magistrum Georgium Fern Rectorem Universitatis Sanctiandree,

<sup>1</sup> September probably a mistake, as October was the beginning of the ordinary.

<sup>2</sup> Added above the line.

magistrum Hugonem Spens Prepositum Collegii Sancti Salvatoris, magistrum Johannem Weddall officialem principalem Sanctiandree, magistrum Thomam Ramsay rectorem de Kenbak, magistrum Petrum Capellani rectorem de Dennennow, magistrum Robertum Schanwell vicarium de Kyrkcalde, magistrum Alexandrum Balfowr vicarium de Kylmane, magistrum Martinum Balfour, magistrum Robertum Lawson, magistrum Johannem Spens, cum potestate convocandi alios quos [Decanus]<sup>1</sup> voluerit.

18 February 1520-21

Congregacione Facultatis Arcium in novis scolis tenta fol. 146<sup>r</sup> decimo octavo mensis Februarii anno quo supra. Recepti erant determinantes responsuri in Quadragesima et jurati ut moris est. Similiter admissis intrantibus illius anni electi erant temptatores magister Malcolmus Auchront, magister Willelmus Marschell, magister Jacobus Schoryswold, magister Willelmus Strang, mediantibus eorum juramentis etc. Item in eadem Congregacione per dominum Decanum Facultatis supplicatum fuerat quatenus in eius ausencia Facultas magistrum nostrum magistrum Thomam Ramsay eius deputatum admitteret,<sup>2</sup> cui supplicacioni unanimi consensu magistrorum Facultas annuit. Et quia magister Robertus Banirman in officio bursarii Facultatis usque ad novum competum continuatus fuit Facultas elegit discretos viros magistrum Georgium Fern Rectorem Universitatis Sanctiandree, magistrum nostrum magistrum Hugonem Spens Collegii Sancti Salvatoris Prepositum, magistrum nostrum <magistrum><sup>3</sup> Thomam Ramsay rectorem de Kenbak, magistrum nostrum magistrum Petrum Capellani rectorem de Denennowch, ad dictum compitum audiendum cum potestate convocandi alios quos Decanus<sup>4</sup> voluerit.

<sup>1</sup> Cf. final clause of following minute (18 February).

<sup>2</sup> *admitterit* in text; compare *competum* for *compotum* below. The word *Thomam* has been written twice and the first scored out.

<sup>3</sup> Added above the line, after misplacement; originally *magistrum magistrum nostrum*.

<sup>4</sup> *Dicanus* in text.

1520-1521

Nomina Determinantium anno Domini 1520<sup>1</sup>*In Pedagogio*

Rechardus Dowglas, solvit  
 Villelmus Arthurth, solvit

*In Collegio*

Petrus Dodenstown, solvit  
 Johannes Stranj, solvit  
 Robertus Roberttown, pauper

*In Collegio Sancti Leonardi*

Georgius Hoppar, solvit  
 Bartholomeus Kello, pauper  
 Villelmus Hendersone, pauper  
 Georgius Keryntown, pauper  
 Johannes Browne, pauper  
 Laurentius Jong, pauper

23 March 1520-21

Congregatione Facultatis Artium tenta in scolis artium 23<sup>o</sup> Martii anno quo supra. Electi erant in provisores pro festo Sancti Johannis Ewangeliste magister Andreas Kynnynmond et magister Gilbertus<sup>2</sup> Cory. Eodemque die Facultas dispensavit cum bachalariandis quo ad modum respondendi more solito viz. tribus vicibus feria tercia proxima secundum formam conclusionis prius edite.

fol. 146<sup>v</sup>

Et insuper in eadem Congregatione dominus Dicanus Facultatem consuluit penes quosdam studentes Collegii Sancti Leonardi hoc anno determinantes burse Facultatis satisfacere nolentes, necnon juramenta solita et consueta prestare recusantes. Facultas igitur ad similes contentiones tollendas ordinavit et futuris temporibus observari decrevit quod quilibet regens pauperum veniret cum ipsis pauperibus ad ipsius Facultatis Bursarium et fideliter secundum iudicium suum ut ipse arbitratur ipsos esse pauperes testabitur, ipsis eciam pauperibus jurantibus solvere cum ad pinguiorem venerint fortunam.

10 May 1521

Congregatione Facultatis Artium tenta in novis scolis eiusdem x die mensis Maii anno Domini millesimo quingentissimo vigesimo primo.<sup>3</sup> Temptatores continuabantur

<sup>1</sup> This heading is preceded by another: *Acta venerabilis et eruditi viri magistri David Mailwel Dicani Facultatis Artium Studii Sanctiandree.*

<sup>2</sup> Changed from *Gelbertus*.

<sup>3</sup> *quingentissimo primo vigesimo primo* in text.

in examinatores. Et erat dispensatum cum licentiandis<sup>1</sup> ut solum in cameris starent ad vigiliam<sup>2</sup> Pentecostes, pro qua vero dispensatione contribuerent Facultati xxviii solidos.

18 May 1521

Nomina Licentiatorum anni etc. vigesimi primi 18<sup>o</sup> Maii ordine quo locabantur examinis vigore.<sup>3</sup>

Magister Vellelmus Cheisem, solvit  
 Magister Gilbertus Wynrem, pauper  
 Magister Willelmus Drummond, solvit  
 Magister Alexander Makcalpyn, pauper  
 Magister Johannes Pables, dives  
 Magister Alexander Schand, pauper  
 Magister Dominus Jacobus Fairly, pauper  
 Magister Andreas Cowper, pauper  
 Magister Petrus Dudystowne, solvit  
 Magister Johannes Ataune, solvit  
 Magister Johannes Donaldsone, pauper  
 Magister Andreas Benyng, pauper  
 Magister Jacobus Chaiplane, pauper  
 Magister David Gourlay, pauper  
 Magister David Cramont, solvit  
 Magister Andreas Fowlar, solvit  
 Magister Alexander Grant, solvit  
 Magister Henricus Pitkarne, solvit  
 Magister Duncanus Dunkansone, solvit  
 Magister Johannes Almownd, pauper  
 Magister Johannes Balfour, solvit  
 Magister David Mylis, solvit  
 M. <Jacobus><sup>4</sup> Rolland  
 M. W[illelmus] Halkerstoun

3 October 1521

Congr[eg]atione Facultatis Artium in novis [scolis] 3<sup>o</sup> fol. 147<sup>r</sup> die mensis Octobris anno Domini 1521<sup>o</sup>. In quodlibetarium electus est magister David Mows. Regentes libros suos ut moris est elegerunt. Determinantium admissio ipsi Decano per Facultatem reservabatur.

<sup>1</sup> *licentiandis* in text.

<sup>2</sup> 18 May.

<sup>3</sup> The usual expression is *examinis rigore*.

<sup>4</sup> Above the line, altered from *David*.

ACTA VENERABILIS ET ERUDITI VIRI MAGISTRI DAVID MAILVELE PRINCIPALIS REGENTIS PEDAGOGII DECANI FACULTATIS ARTIUM STUDII SANCTIANDREE ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO 21<sup>o</sup> QUARTO DIE NOVEMBRIS.

4 November 1521

Congr[eg]atione Facultatis Artium in novis scolis tenta 4<sup>o</sup> die mensis Novembris. Facultas elegit in decanum perdoctum virum magistrum David Mailvill Principalem Regentem Pedagogii. Et similiter Robertus Bonerman in officium bursarii continuatus fuit sed penitus officio renunciavit. Et propter quedam impedimenta hoc die occurrentia magistri assessores non elegerunt.

10 March 1521-22

Congr[eg]atione Facultatis Artium in novis scolis tenta 10 die mensis Martii anno Domini 1521<sup>o</sup>. Receptis determinantibus in Quadragesima responsuris, similiter ut moris est juratis admissisque intransibus, electi erant temptatores magister David Gwnd, magister Andreas Watsons, magister Archbaldus Oyswald et magister Jacobus Capell,<sup>1</sup> medianibus eorum juramentis. Et quia magister Robertus Bonerman officium ipsius bursarii recusavit<sup>2</sup> magister Thomas Fyf juratus officium accepit.<sup>3</sup> Insuper in eadem Congr[eg]atione per dominum Dicanum supplicatum fuerat pro assessoribus et deputato in sua absentia, cuius supplicatione concessa priores assessores ut supra continuavit <Facultas><sup>4</sup> et magistrum Martinum Balfour in deputatum elegit Facultas.

<sup>1</sup> *Capellani*, see below, p. 389. There is a small hole in the paper. The paper has been absorbent, causing blurs.

<sup>2</sup> Twice written.

<sup>3</sup> Robert Bannerman rendered his last account as Bursar on 30 October 1520, and the first account of Thomas Fyfe covered the period 4 November 1521-25 October 1524. It begins with the fees paid by four determinants who seem to belong to the year 1521-1522, for which the *Acta* contain no lists. The names are William Meldrum and Alexander Symson in the Pedagogy, James Edmenston in St. Salvator's, William Kar in St. Leonard's (*Bursar's Book*, fol. 19<sup>r</sup>).

<sup>4</sup> Added in margin.

13 May 1522

Congregatione Facultatis Artium in novis scolis<sup>1</sup> eiusdem tenta<sup>2</sup> xiii<sup>o</sup> Maii anno Domini m v<sup>c</sup> xxii<sup>o</sup>. Temptatores magistri David Gwynd, Andreas Watson, Archebaldus Oswald et Jacobus Capellani continuabantur in examinatores de unanimi consensu Facultatis et cum licenciatis dispensatum fuerat ut solum in cameris starent ad xix mensis prefati, pro qua [dispensatione] per eos contributum erat<sup>3</sup> Facultati x s. propter paucitatem licentiandorum.<sup>4</sup>

2 October 1522

Congregatione Facultatis Arcium in novis scolis 2<sup>o</sup> die fol. 147<sup>v</sup> mensis Octobris anno Domini 1522<sup>o</sup>. In quodlibetarium electus est magister Alexander Aytown. Regentes elegerunt libros suos prout moris est. Determinancium admissio ipsi Dicano per Facultatem reservabatur.

ACTA VENERABILIS VIRI MAGISTRI MARTINI BALFOUR VICARII DE MONYMEILL DECANI FACULTATIS ARTIUM SANCTIANDREE EIDEM OFFICIO ELECTI PER FACULTATEM TERTIO DIE MENSIS NOVEMBRIS ANNO DOMINI 1522.

3 November 1522

Congregacione Facultatis Artium tenta in novis scolis eiusdem tercio die mensis Novembris anno Domini m v<sup>c</sup> xxii<sup>o</sup>. In qua quidem Congregatione prefata Artium Facultas elegit venerabilem virum magistrum Martinum Balfour vicarium de Monimeill in decanum Facultatis prefate Artium. In qua eciam Congregatione continuatus fuit magister Thomas Fiff in officio bursarii dicte Facultatis usque ad novi Decani in eadem Facultate electionem. <Require assessores in altera pagina proxima>.<sup>5</sup>

<sup>1</sup> *Artium* deleted.

<sup>2</sup> *in novis scolis tenta eiusdem* in text.

<sup>3</sup> *erant* in text.

<sup>4</sup> There is no list of licenciates for this year, but it may have included the following names, which appear in the Bursar's Book: Henry Scott, William Arthur, John Pettullo, William Halkarston and John Meffan (fol. 19<sup>v</sup>).

<sup>5</sup> Added later, crushed in the right-hand corner, in lighter ink.

1522-1523

## Nomina Determinantium anno Domini 1522

*In Collegio Sancti Leonardi  
Primi actus nomina*

Georgius Culk, pauper  
 Anthonius Baldowy, pauper  
 David Branche, pauper  
 Georgius Barcar, pauper  
 Johannes Dwne, pauper  
 Alexander Spittail, pauper

*Secundi actus nomina ejusdem loci*

Johannes Cokburne, solvit  
 Johannes Moncur, pauper  
 Johannes Stevinsoun, pauper  
 Walterus Fethy, solvit  
 Thomas Small, pauper  
 Johannes Fiff, pauper

*In Collegio Sancti Salvatoris  
Primi actus nomina*

Robertus Patersone, solvit  
 Alexander Fortone, pauper

*Secundi actus nomina*

Dominus Alexander Dunbar, solvit  
 Oliverus Lamby, pauper  
 Robertus Andersone, pauper

*Tertii actus [nomen]*

Georgius Ruthwene, solvit

*In Pedagogio*

Kentigernus Monypenny, solvit  
 Alanus<sup>1</sup> Lausone, solvit  
 Alexander Currou, pauper

## 23 February 1522-23

fol. 148<sup>r</sup>

Congregatione Facultatis Arcium tenta in novis scholis eiusdem xxiii<sup>o</sup> die mensis Februarii anno Domini m v<sup>c</sup> 22. Facultas determinantes recepit pro responsione Quadragesimali secundum formam statutorum eis desuper lectorum et per eos juratorum. In qua etiam Congregatione presentati erant intrantes per eorum regentes et ad temptamen magistrale ut moris est admissi. Qua presentatione et admissione factis eadem Facultas, pretextu supplicationis eidem facte per venerabilem virum magistrum Patricium Hepburne precentorem Rossensem<sup>3</sup> nomine venerabilis in Christo patris et domini Johannis Prioris ecclesie metropolitane Sanctiandree vicarii generalis eiusdem vacante sede<sup>4</sup> fundatorisque Collegii Sancti Leonardi, mature avisata<sup>5</sup> unanimi consensu et assensu nullo contradicente cum consensu expresso Decani conclusit quod in futurum annuatim in officio temptatoris ad examinandum intrantes

<sup>1</sup> Changed from *Mauricius*.

<sup>2</sup> *xxiii<sup>o</sup>* in text, but 22 February was a Sunday.

<sup>3</sup> Afterwards coadjutor and successor of Prior John, and later Bishop of Moray (Dowden, *Bishops*, 171-2).

<sup>4</sup> Archbishop Forman died in March 1520-21 (Dowden, *Bishops*, 89).

<sup>5</sup> *eadem Facultas* scored out after *avisata*. There are other similar cancellations in the minute.

cum contigerit temptatores eligi per Facultatem, quod tres annuatim eligantur regentes huiusmodi officio unus Collegii alter Pedagogii et tertius prefati Collegii Sancti Leonardi, et quartus annuatim eligatur temptator per totam Facultatem cum contigerit talem electionem fieri, non obstantibus statutis de super prius in contrarium editis. Quibus peractis statim electi sunt magistri Johannes Balfour, Thomas Fyf et Andreas Kynnynmont pro regentibus prefatorum trium locorum, et pro quarto non regente electus est per maiorem partem Facultatis magister Jacobus Rolland. Et data est potestas Decano recipiendi litteras pro lectura textus Aristotelis ab eisdem intrantibus et eorum regentibus secundum morem hactenus observatum.

27 March 1523

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem xxvii<sup>o</sup> die Mensis Martii anno Domini m v<sup>c</sup> xxiii<sup>o</sup>. Electi erant provisores festi beati Johannis Ewangeliste ante Portam Latinam magistri Willelmus Marschell et Henricus Bowman. Et dispensatum fuerat cum domino Willelmo Hoppar rectorem de Duns de non respondendo in temptamine sed quod gradum magistralem reciperet omisso temptamine maiori, et Facultas Decano eiusdem commisit facultatem et potestatem nominandi examinatores ad examinandum eundem rectorem pro eo quod idem rector singula formalia complevit, huiusmodi temptaminis apertioni tamen manere seu in Universitate residere non poterat nec eidem revertere sine perditione maioris partis fructuum sui beneficii, et pro huiusmodi dispensatione idem rector contulit xl s. ultra marcam bursariis solvendam, quas quattuor marcas<sup>1</sup> Facultas mandavit dividi equaliter inter bursarios Universitatis et Facultatis. Et ulterius Facultas eadem commisit Preposito Collegii Sancti Salvatoris et Decano [facultatem] nominandi alium regentem loco magistri Johannis Balfour prius electi in temptatorem

<sup>1</sup> That is, he offered three marks (forty shillings), plus the customary mark for the Bursars; and the Faculty ordered these four marks to be divided equally between the Bursars of the University and of the Faculty.

in eventum quod idem magister Johannes voluerit se exonerare de eodem officio et non alias, precedente supplicatione Facultati per magistrum nostrum Thomam Ramsay desuper facta.

30 April 1523

fol. 148v

Congregatione Facultatis Arcium in novis scolis eiusdem <tenta><sup>1</sup> ultimo Aprilis anno etc. xxiii<sup>o</sup>. Temptatores prius electi in examinatores per maiorem partem Facultatis continuabantur. Et cum licenciandis per Facultatem dispensatum fuerat ut in cameris starent et permanerent usque ad quartum diem mensis Maii proximi. Pro qua dispensatione contribuebant, quia maior pars eorum pauperes erant, xvi s. Facultati.

1523

Nomina Licenciatorum anni Domini m v<sup>c</sup> xxiii

Magister Jacobus Edmestone, rector de Fawlaw,<sup>2</sup> solvit  
 Wilelmus Meldrum, solvit  
 Magister dominus Alexander Dunbar, solvit  
 Willelmus Car, instrumentum cepit  
 Magister Bartholomeus Kello, pauper  
 Magister Georgius Kyritone, pauper  
 Jacobus Twedye, pauper  
 Magister Johannes Gray, pauper  
 Magister Johannes Broune, pauper  
 Magister Alexander Craik, pauper  
 Magister Laurencius Zhoung, pauper  
 Magister Alanus Almont, pauper  
 Alexander Symson, pauper  
 Magister David Lyne, pauper

2 October 1523

Congregatione Facultatis Artium tenta in novis scolis eiusdem secundo die mensis Octobris anni Domini millesimi quingentesimi vigesimi tercii. In quodlibetarium per prefatam Facultatem electus est magister Andreas Kynnynmond. Regentes prout moris est suos elegerunt libros. Determinancium admissio ipsi Decano per Facultatem commissa est.

<sup>1</sup> Added above the line.

<sup>2</sup> Fala, now united with parish of Soutra, in Midlothian.

CONTINUATIO VENERABILIS VIRI MAGISTRI MARTINI BALFOUR fol. 149<sup>r</sup>  
 VICARII PERPETUI ECCLESIE PARROCHIALIS DE MONYMEYLL  
 IN DECANUM FACULTATIS ARTIUM UNIVERSITATIS SANCTI-  
 ANDREE ANNO DOMINI I<sup>m</sup> V<sup>c</sup> XXIII<sup>o</sup>.

3 November 1523

Congregacione Facultatis Arcium tenta in novis scolis  
 eiusdem tercio die mensis Novembris anno Domini quo  
 supra. Eadem Facultas venerabilem virum magistrum  
 Martinum Balfour in decanum Facultatis eiusdem unanimitate  
 consensu magistrorum eiusdem continuavit et magistrum  
 Thomam Fiff in officio bursarii huiusmodi Facultatis eadem  
 [Facultas] continuandum duxit. In super ipsa Facultas ad  
 assistendum Decano in concernentibus commodum honorem  
 et utilitatem Facultatis eiusdem in assessores elegit magi-  
 strum nostrum Georgium Loka[r]t prepositum de Creichtone  
 Rectorem Universitatis Sanctiandree, magistrosque nostros  
 Hugonem Spens Prepositum Collegii Sancti Salvatoris,  
 Johannem Maioris canonicum Capelle Regie Stirlingensis,  
 Petrum Capellani rectorem de Denenow, magistrosque  
 Johannem Weddell rectorem de Flisk officialem Sancti-  
 andree principalem, Georgium Ferne precentorem Brechi-  
 nensem, Patricium Middiltoun vicarium de Ouchtermukty,  
 Robertum Bannerman regentem Pedagogii, Gawinum Logy  
 Principalem Collegii Sancti Leonardi et Davidem Guthynd  
 baccularium in theologia, cum potestate convocandi alios  
 per Decanum nominandos.

1523-1524

Nomina determinantium anno Domini i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> xxiii<sup>o</sup>

*In Collegio Sancti Leonardi  
 Primi actus nomina*

Petrus Strang, solvit  
 Willelmus Cunnyngham, pauper  
 Thomas Clahillis, pauper  
 Willelmus Hepburne, pauper  
 Georgius Trayll, pauper  
 Johannes Rynd, pauper

*Secundi actus nomina ejusdem  
 Collegii*

Bernardus zhoill, pauper  
 David Cowyntre, pauper  
 Willelmus Buschart, pauper  
 Thomas Cowyll, pauper  
 Johannes Forsaytht, pauper

*Determinantium Collegii Sancti  
Salvatoris nomina.*  
*Nomina primi actus Collegii  
Sancti Salvatoris*  
Alexander Gardyn, solvit  
Thomas Muir, pauper  
Gilbertus Geddas, pauper  
Henricus Myll, pauper

*Secundi actus nomina*  
Edwardus Brois, solvit  
Thomas Trayll<sup>1</sup>  
Alexander Huid, pauper

*Tertii actus nomina*  
David Towris, solvit  
Willelmus Towris, solvit

*In Pedagogio*  
Andreas Jhonsone, pauper

*Quarti actus Collegii Sancti  
Salvatoris [nomen]*  
David Bonar, solvit

15 February 1523-24

fol. 149v

Congregatione Facultatis Arcium tenta in novis scolis eiusdem xv<sup>to</sup> mensis Februarii anno Domini quo supra. In eadem Facultate per viam Spiritus Sancti conclusum fuerat ad evitandum scisma rixas et contentiones in eadem quod in quarti temptatoris non regentis electione in futurum in ipsius electione annua circulatio fieret quoad Pedagogium<sup>2</sup> et duo Collegia, et quia elapso anno huiusmodi non regens temptator eligebatur de gremio Collegii Sancti Salvatoris quod pro presenti anno unus graduatus magister in temptatorem eligeretur de Pedagogio et sequenti anno unus de Collegio Sancti Leonardi et tercio anno unus Collegii Sancti Salvatoris et sic continuando in futurum circulariter. Qua conclusione facta, electi erant per Facultatem regentes temptatores magistri Gilbertus Corry, Robertus Fergussonne, Jacobus Fostar, et non regens per Facultatem electus erat magister Johannes Douglas de gremio Pedagogii. Quibus peractis dispensatum erat cum Kentigerno Monipennye studente Pedagogii, supplicatione tamen precedente facta in presentia Facultatis, ut non expectata apercione magni temptaminis per prefatos temptatores electos cum festinatione ad sue voluntatis arbitrium et temptatorum procederetur <ad ipsius temptamen><sup>3</sup> et ad gradum magisterii solemnitatibus observatis statutis in contrarium editis non

<sup>1</sup> This name has been transferred from first to second place.

<sup>2</sup> *Pedagogium* in text.

<sup>3</sup> Added above the line.

obstantibus. Pro qua dispensatione contribuebatur Facultati per eundem Kentigernum xxxv s. de libris<sup>1</sup> importatis ultra bursas et alia onera consueta. Et intrancium admissio Decano per Facultatem erat commissa.

19 March 1523-24

Congregacione Arcium Facultatis tenta in eiusdem novis scolis xix<sup>o</sup> Martii anno Domini quo supra. Provisores electi erant festi [Sancti] Johannis Ewangeliste ante Portam Latinum ut moris est magistri Jacobus Chaplane et Willelmus Arthour. Et commissa erat <Decano><sup>3</sup> potestas et facultas recipiendi Edwardum Brois et Alexandrum Gardyne<sup>4</sup> quumcumque venerint, licenciando eos baccularios non obstantibus eorum absentia et statutis in contrarium editis, quia doctum erat Facultati eos habuisse impedimenta legitima non interessendi in Quadragesimalibus completis responsalibus. Et in eadem Congregatione electi erant per totam Facultatem certi assessores ad avisandum cum Decano super nonnullis concernentibus eandem Facultatem et utilitatem eiusdem viz. magistri nostri Georgius Lokart Rector Universitatis Sanctiandree,<sup>5</sup> Hugo Spens Prepositus Sancti Salvatoris, Johannes Maior thesaurarius Capelle Regie Stirlingensis, Thomas Ramsay et Petrus Capellani canonici ecclesie Collegiate Sancti Salvatoris, magistri Georgius Ferne precentor Brechinensis, Robertus Bannerman, Gawinus Logye, Alexander Aytoun et Willelmus Marschell, convenientque ad communicandum xxi mensis instantis Martii et quicquid ipsi cum Decano concluderint Facultas ratum habebit.<sup>6</sup>

<sup>1</sup> *de libere importatis* in text.

<sup>2</sup> Altered from *xv*.

<sup>3</sup> Added above the line.

<sup>4</sup> This name might here read *Gardynner*, but is elsewhere *Gardyne*.

<sup>5</sup> The editor of *Early Records* considers that Lockhart, a Doctor of Theology of Paris, was 'the first person to be incorporated (in 1521) for the special purpose of being made Rector' (p. xvii).

<sup>6</sup> See below, pp. 348-9 (6 March 1524-25).

1524

Nomina Licenciatorum anni Domini i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> xxiiii

Johannes Cokburne, solvit	Georgius Cuik, pauper
Georgius Ruthtwen, solvit	Dominus Johannes Moncur, pauper
Kentigernus Monipennye, solvit	Georgius Barcar, pauper
Robertus Andersone, pauper	Andreas Balfour, pauper
Robertus Patersone, solvit	Alexander Fortoun, pauper
Walterus Futhye, solvit	Dominus Willelmus Thomson,
Johannes Fyf, pauper	pauper
Dominus Martinus Mylis, pauper	Thomas Small, pauper
Johannes Steynsone, pauper	Dominus Johannes Currou, pauper

3 October 1524

fol. 150<sup>r</sup>

Congregacione Arcium Facultatis in novis scolis eiusdem tenta tercio die mensis Octobris anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto. Magister Johannes Balfour regentium senior Collegii Sancti Salvatoris in quodlibetarium est electus. Et magister Patricius Hamiltone<sup>1</sup> abbas de Ferne Rossensis diocesis in Facultatem est receptus, et Jacobus Henrisone primitus eo supposito<sup>2</sup> esset Universitatis in Facultate ut studens est receptus precedentibus diversis supplicationibus, et ad determinandum in eadem Facultate quia prius Aberdonie pro spatio unius anni cum dimedio studuit in eadem Facultate, de quo per eum et duos testes fides Facultati erat<sup>3</sup> facta, anno instante est admissus causantibus suis moribus et sciencia notoria et commendatione in eisdem per diversos viros probos et doctos. Regentes prout moris est suos elegerunt libros. Determinancium admissio per Facultatem Decano est commissa.

<sup>1</sup> The future martyr. He had studied at Paris, Louvain and Marburg.

<sup>2</sup> Originally *primitus eo recepto in : recepto in* cancelled. The sentence structure is defective. James Henrison was first received by the University as a supposit, and was then admitted by the Faculty as a determinant of this year, because he had studied for a year and a half at Aberdeen.

<sup>3</sup> *erat* written twice.

CONTINUATIO VENERABILIS VIRI MAGISTRI MARTINI BALFOUR fol. 150<sup>v</sup>  
 VICARII DE MONIMEILLE IN DECANUM FACULTATIS ARCIUM  
 UNIVERSITATIS SANCTIANDREE ANNO DOMINI SUBSCRIPTO.

3 November 1524

Congregatione Artium Facultatis tenta in novis scolis eiusdem tercio die mensis Novembris anno Domini millesimo quingentesimo xxiiii<sup>to</sup>. Eadem Facultas mature avisata suprascriptum magistrum Martinum Balfour vicarium de Monimeill in decanum eiusdem unanimi consensu continuavit, et magistrum Thomam Fiff in bursarii officio continuandum duxit. Insuper eadem ipsa Facultas precedente supplicatione dicti domini Decani in assessores elegit ad assistendum Decano in concernentibus huiusmodi Facultatem suo durante officio venerabiles viros magistros nostros Georgium Lokart Rectorem Universitatis Sanctiandree prefate, Johannem Maioris thesaurarium Capelle Regie, Petrum Capellani rectorem de Dennennow, Johannem Weddale rectorem de Flisk,<sup>1</sup> Georgium Ferne precentorem Brechinensem, Jacobum Walteri rectorem de Ellem, Gawinum Logye regentem principalem Collegii Sancti Leonardi, Robertum Bannerman, cum potestate convocandi alios. In quaquidem Congregatione pretextu suplicationis reverendissimi Sanctiandree [Archiepiscopi]<sup>2</sup> Rectori<sup>3</sup> et aliis membris dicte Facultatis directe, per eandem Facultatem dispensatum fuerat cum suprascripto Jacobo Henrisone, prius gradui bacculariatus admissio, ut anno instante una cum aliis promovendis in eadem Facultate in vico responderet aliaque formalia secundum statutorum rigorem completeret, quibus completis una cum eisdem promovendis ad gradum magisterii procederet<sup>4</sup> propter prerogativam suam et morum bonitatem in eo per prefatum reverendissimum commendatam. Et quo ad suplicationes factas

<sup>1</sup> *Rectorem de Flisk* written twice, and the second cancelled.

<sup>2</sup> Archbishop James Beaton was translated from Glasgow to St. Andrews on 10 October 1522 (Dowden, *Bishops*, 40).

<sup>3</sup> Altered from *Rectoris*. There are blots and alterations throughout this minute.

<sup>4</sup> His name appears as *Jacobus* among the determinants but as *Henricus* among the licentiatees.

Facultati per alios Facultas referebat se prefato Decano et suis assessoribus nominatis, quibus suam potestatem commisit in talibus usque ad sequentem Congregationem.

1524-1525

Nomina Determinantium anno Domini i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> xxiii<sup>to</sup>

Jacobus Henrisoun, solus determinavit, solvit

Alexander Levingstoun, pauper  
Thomas Reid, pauper

*In Collegio Sancti Leonardi  
hii omnes*

Henricus Sinkclair, solvit  
Robertus Arskyne, solvit  
Walterus Levingstoun, solvit  
Jacobus Hammiltoun, pauper

*In Collegio Sancti Salvatoris*

Johannes Sinkclair, solvit  
Patricius Richertsoun, solvit  
David Meffen, solvit  
Jacobus Scrymgeour, solvit

1524

Nomina Licenciatorum eiusdem anni<sup>1</sup>

*Hii in Collegio Sancti Salvatoris*

Alexander Gardyne  
Edwardus Brois  
David Towris  
Willelmus Towris  
Oliverus Lamby  
Thomas Mwr  
Henricus Myll  
Andreas Jhonstone  
Johannes Sinkclair  
David Bonar

*In Collegio Divi Leonardi*

Petrus Strang  
Nigellus Cunnyngghayme  
Bernardus 3holle  
Georgius Traile  
Willelmus Forsyth  
David Coventre  
Willelmus Hepburn  
Thomas Clahillis  
Johannes Rynd  
Henricus Henrisoun

6 March 1524-25

fol. 151<sup>r</sup>

Congregacione<sup>2</sup> Facultatis Artium in novis scolis eiusdem tenta sexto die mensis Martii anno Domini, i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> xxiii<sup>to</sup>. In eadem per totam Facultatem approbata erant et ratificata statuta, prius per venerabiles et egregios viros magistrorum nostros Georgium Lokart prepositum de Creichtone Rectoremque Universitatis Sanctiandree, Hugonem Spens

<sup>1</sup> These names are crushed into the bottom of the page and written consecutively in four and a half lines of script, instead of being placed in columns. As there has already been a list of licentiates for 1524, and none is given for 1525, the Editor of *Early Records* has assigned these names to 1525. The colour of the ink supports this ascription, but the Bursar's account, rendered on 7 November 1524, records payment of their examination and graduation expenses (fol. 21<sup>r</sup>). The names were therefore probably omitted and interpolated later.

<sup>2</sup> A marker in the margin draws attention to this minute.

Prepositum Collegii Sancti Salvatoris, Johannem Maioris thesaurarium Sacelli Regii Stirlingensis, Thomam Ramsay, Petrum Capellanum, canonicos ecclesie Collegiate Sancti Salvatoris, Georgium Ferne precentorem Brechinensem, magistrosque Robertum Bannerman, Alexandrum Aytoun, Gawinum Logye et Willelmum Marsche,<sup>1</sup> deputatos per prefatam Facultatem electos, confecta de data diei xvi mensis Aprilis anno Domini i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> vigesimo quarto tangentia determinantes et intrantes, que in statutorum libro inscribuntur,<sup>2</sup> quorum pretextu electi erant in eadem Congregatione examinatores ad examinandum determinantes anni instantis magistri Andreas Kynmymont, Bertholomeus Kello, Robertus Paterson et Walterus Futhy, hii duo regentes Collegii pro presenti anno sic quod in sequentibus annis circulacio uti prius fiat in quarti examinantis electione, qui quatuor una cum Decano huiusmodi determinantes publice simul in caputiis examinabunt et huiusmodi examinatione completa eosdem confirmabit in baccalarios idem Decanus. Et statim electi erant temptatores ad temptandum intrantes per Facultatem magistri Jacobus Chaplane, Robertus Fergusson, Bertholomeus<sup>3</sup> Kello et Thomas Fyf, quiquidem temptatores in presentia Facultatis iuramentum prestiterunt servare statuta, per dictos deputatos confecta et eis perlecta tangentia huiusmodi intrantes et singula in eisdem statutis expressa, per quos aperietur temptamen et idem exordietur in medio Quadragesime vel prius secundum numerum temptandorum, omnes publice temptando aliis assidentibus in caputiis et presentibus, quorum intrancium admissio per Facultatem erat commissa Decano.

8 April 1525

Congregatione Facultatis Arcium in novis scolis eiusdem tenta octavo die mensis Aprilis anno Domini i<sup>m</sup> v<sup>o</sup> xxv<sup>to</sup>. Electi erant per Facultatem provisores pro festo Sancti Johannis Ewangeliste ante Portam Latinam magistri Robertus Fergusson et Robertus Patersoun. Et in eadem

<sup>1</sup> *William Marschell* (see above, p. 345).

<sup>2</sup> See *Statutes*, 108-9.

<sup>3</sup> *Betholomeus* in text.

Congregatione electi similiter erant per eandem assessores sequentes ad determinandum seu deliberandum super sup[p]licationibus diversis publice Decano et Facultati factis tangentibus utilitatem et honestatem eiusdem una cum Decano eiusdem Facultatis viz. magister Johannes Weddale rector de Flisk <ac><sup>1</sup> Rector Universitatis Sanctiandree magistri nostri Hugo Spens Prepositus ecclesie collegiate Sancti Salvatoris, Johannes Maior thesaurarius Capelle Regie Stirlingensis, Thomas Ramsay rector de Kenbak, Georgius Lokart prepositus de Creichtoun, Petrus Capellani rector de Dennenow, magistri Georgius Fern precentor Brechinensis, Gawinus Logye, Robertus Bannerman, Johannes Balfour et alii regentes Universitatis et Facultatis prefate Artium, et dies conventionis erat eis relata et eorum arbitrio.

3 October 1525

fol. 151<sup>v</sup>

Congregatione Facultatis Arcium in novis scholis eiusdem tercio die mensis Octobris anno Domini i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> xxv<sup>to</sup> <tenta><sup>2</sup> Magister Johannes Dowglaiice Pedagogii regens in quodlibetarium erat per Facultatem electus. Regentes prout moris est suos elegerunt libros. Determinancium admissio per Facultatem Decano est commissa.

1525-1526

Nomina Determinancium anno Domini etc. xxv<sup>to</sup><sup>3</sup>

*In Collegio Sancti Leonardi  
Primi actus nomina*

Alexander Creichtoun, solvit  
Alexander Logye, pauper  
Patricius Wrycht, pauper  
Adamus Kyngorne, pauper  
Thomas Sinkclair, pauper  
Robertus Spittell, pauper

Hugo Cragye, pauper  
Johannes Herwy, pauper

*In Pedagogio primi actus nomina*  
Jacobus Strang, solvit  
Jacobus Mosman, pauper  
Johannes Heriot, pauper  
Andreas Oliphant, pauper

*Secundi actus nomina*

Willelmus Kynnymont, pauper  
Johannes Spaldying, pauper  
David Gwild, pauper  
Johannes Somerwaile, pauper

*Secundi actus nomina*  
Walterus Gulde, solvit  
Thomas M'Calzhone, solvit  
Georgius Balquhannane, pauper  
Patricius Balquhannane, pauper  
Jacobus Jolye, pauper

<sup>1</sup> ac added above the line. There are various deletions and corrections in this minute.

<sup>2</sup> Added above the line.

<sup>3</sup> The list is continued below, p. 351.

NOVA ELECTIO VENERABILIS VIRI MAGISTRI MARTINI BALFOUR  
VICARII DE MONYMELE PER FACULTATEM IN DECANUM FACTA  
NOVEMBRIS ANNO ETC. XXV<sup>to</sup>.

3 November 1525

Congregacione Facultatis Arcium in novis scolis eiusdem  
tenta tercio die mensis Novembris anno Domini millesimo  
quingentesimo xxv<sup>to</sup>. In qua quidem Congregatione per  
maiorem partem eiusdem electus est venerabilis vir magister  
Martinus Balfour vicarius de Monimele in decanum eiusdem.  
Et per totam Facultatem electus erat magister Robertus  
Fergusson Pedagogii regens in bursarium. Insuper in  
eadem Congregatione<sup>1</sup> electi erant assessores per Facul-  
tatem ad assistendum Decano et consulendum eum in con-  
cernentibus ipsam Facultatem magister Johannes Weddale  
rector de Flisk ac Universitatis Sanctiandree, magistri nostri  
Johannes Maioris thesaurarius Capelle Regie Stirlingensis,  
Georgius Lokart prepositus de Creichton, Petrus Capellanus  
rector de Dunnennow, magistri Willelmus Knollis rector de  
Kynettis,<sup>2</sup> Georgius Ferne precentor Brechinensis, Georgius  
Fleschar vicarius [de] Kyrymur, Gawinus Logye principalis  
regens Sancti Leonardi, Robertus Bannerman et Jacobus  
Fostar, cum potestate convocandi alios eiusdem Facultatis.

1525-1526

Nomina tercii actus Determinantium in Pedagogio 1525<sup>3</sup> fol. 152<sup>r</sup>

*Nomina tertii actus Determinantium  
in Pedagogio, 1525*

Johannes Home, solvit  
Patricius Myrtoun, solvit  
Alexander Home, solvit  
David Myrtoun, solvit  
Patricius Cokburn, solvit  
David Borthik, solvit

*Quarti actus nomina*

Robertus Kyncragye, dives  
Alexander Arbuckylle, dives  
Andreas Brownhile, pauper  
Willelmus Jhonsoun, pauper  
Jacobus Spens, pauper  
Adam Cutlar, pauper  
Johannes Straquhan, pauper

<sup>1</sup> Altered from *Facultate*.

<sup>2</sup> Continued from above, p. 350.

*Quinti actus nomina*

Thomas Ur, dives  
Johannes Lawsoun, dives  
Florencius Auchtowty, dives  
Johannes Brown, dives  
Andreas Scot, pauper  
Johannes Scheile, pauper

*Sexti actus nomina*

Alexander Pryngile, dives  
Thomas Broun, dives

*Septimi actus nomina*

Johannes Cokburn, dives  
Johannes Lokart, pauper

<sup>2</sup> Kinnettles, near Forfar.

19 February 1525-26

Congregacione Facultatis Arcium in novis scolis eiusdem xix<sup>o</sup> Februarii anno etc. xxv. Per Facultatem electi erant examinatores pro examinandis determinandis anni instantis magister Jacobus Chaplane Collegii Sancti Salvatoris regens, magistri Robertus Fergusson et Johannes Dowglas Pedagogii regentes et magister Gawinus Logye Collegii divi Leonardi regens. Et pro temptandis intrantibus per Facultatem electi erant magister Robertus Patersone regens Collegii Sancti Salvatoris et magister Thomas Mwr non regens eiusdem, magister Robertus Bannerman Pedagogii regens et magister Jacobus Foster prefati Collegii Leonardi regens; quorum intrancium admissio erat per Facultatem Decano relata ut moris est. In qua eciam Congregacione dispensatum fuerat per Facultatem cum Jacobo Strang et Patricio Richertsoun quod ad bene placitum eorum non expectata apertione temptaminis temptarentur et non cogerentur remanere in Universitate ad licentiam sed sua negotia ardua proposita Facultati expedirent dummodo postea licenciati fuerint per Cancellarium seu suum Vicecancellarium dicte Universitatis, et ultra<sup>1</sup> eis imposita onera per statuta solverent xl s. distribuendos inter Facultatem et Universitatem, cuius binam partem haberet Facultas et terciam Universitas.

24 March 1525-26

fol. 152<sup>v</sup>

Congregacione Facultatis Arcium in novis scolis eiusdem facta xxiiii<sup>to</sup> Marci anno etc. xxv. Per eandem electi erant provisores pro festo divi Johannis Ewangeliste ante Portam Latinam magistri Johannes Douglas et Georgius Trail.

1526

Nomina Licenciatorum anno etc. xxvi<sup>to</sup>

Robertus Erskyne, solvit	Jacobus Strang, solvit
Magister David Meffane, solvit	Alexander Levingstoun, solvit
Patricius Richartson, solvit	Jacobus Scrymgeour, solvit
Alexander Hwide, pauper	Jacobus Hamiltoun, pauper

<sup>1</sup> *ultra* written twice. Text reads *ultra eis imposita onera per statuta solverent ultra xl s.*

3 October 1526

Congregacione Facultatis Arcium in novis scholis eiusdem tercio die mensis Octobris anno Domini i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> xxvi<sup>to</sup> tenta. Magister Jacobus Foster Collegii divi Leonardi regens in quodlibetarium per Facultatem erat clectus. Regentes Facultatis ut moris est suos elegerunt libros. Determinantium admissio Decano per Facultatem commissa erat.

CONTINUATIO VENERABILIS VIRI MAGISTRI MARTINI BALFOUR VICARII DE MONYMEILLE IN DECANUM PREFATE FACULTATIS ARCIUM ANNO DOMINI 1526 UNANIMO CONSENSU FACULTATIS FACTA.

3 November 1526

Congregatione Facultatis prefate in eiusdem novis scholis tercio die mensis Novembris anno Domini quo supra <tenta>.<sup>1</sup> In eadem consensu unanimo Facultatis prefatus magister Martinus Balfour de Monimeil vicarius in decanum eiusdem Facultatis est electus. Et magister Robertus Fergussone Pedagogii regens in bursarium similiter electus seu per Facultatem || eandem continuatus. In qua [Con- fol. 153<sup>r</sup> gregatione] Facultas assessores eidem Decano elegit ad sibi assistendum in concernentibus Facultatem eandem suadente supplicatione prefati Decani, magistrum Johannem Weddell Universitatis Rectorem, magistros nostros Thomam Ramsay, Petrum Capellanum, Georgium Ferne precentorem Brechinensem, Alexandrum Balfour vicarium de Kilmany, Gawinum Logye principalem regentem Collegii Divi Le[o]nardi, Robertum Bannerman regentem eciam principalem Pedagogii, cum potestate convocandi alios.

<sup>1</sup> Added above the line.

1526-1527

## Nomina Determinancium anno etc. 1526

<i>Primi actus nomina</i>	Jacobus Berclay, dives
<i>Sancti Leonardi</i>	G[alterus] <sup>1</sup> Sturrok, pauper
Thomas Horne, pauper	Adam Scheile, pauper
David Trumbuile, pauper	
Willelmus Wychtman, pauper	
Georgius Clahillis, pauper	<i>Quarti actus nomina</i>
Georgius Cok, pauper	<i>Pedagogii</i>
Wilelmus Zhoung, pauper	Johannes Kirktone, dives
Henricus Forrest, pauper	Johannes Weddirburne, dives
	Jacobus Cranston, dives
<i>Secundi actus nomina</i>	Andreas Scot, dives
<i>In Pedagogio</i>	
Andreas Gourlay, dives	
Guilermus Murray, dives	
Johannes Arnot, dives	<i>Quinti actus nomina</i>
Jacobus Bonar, dives	<i>In Collegio Sancti Salvatoris</i>
David Broun, dives	Johannes Grundistone, pauper
	Walterus Robertsone, pauper
<i>Tertii actus nomina</i>	Johannes Zhoung, pauper
<i>Pedagogii</i>	Willelmus Balfour, pauper
Guilermus Berclay, dives	David Gardyne, pauper

## 11 March 1526-27

fol. 158<sup>v</sup>

Congregacione Facultatis prefate in novis scolis eiusdem facta xi<sup>o</sup> Martii anno xxvi<sup>to</sup>. Per eandem electi erant examinatores ad examinandum determinantes huius anni magistri Robertus Patersone, Johannes Douglas, Jacobus Fostar et Bernardus Zhoule, et temptatores pro temptandis intransibus magistri Walterus Fethy, Alexander Aytoun, Johannes Dowglas et Jacobus Fostar. Recepti erant determinantes et admissio intransium commissa Decano ut moris est. In qua quidem Congregacione per eandem dispensatum erat cum<sup>2</sup> Johanne Sinkclair determinante anni instantis quia ad tres annos in Universitate stetit causantibus legitimis causis et rationabilibus per eum eidem Facultati ostensis et relatis, quod presenti anno una cum aliis intransibus promoveatur gradui magisterii sic quod in vico respondeat et alias formalitates perficiat, solvendo Facultati duas marcas et Universitati xiii s. iiii d. libere ultra bursas et alia per eum Facultati et Universitati

<sup>1</sup> Name supplied from Matriculation Roll (*Early Records*, 224).

<sup>2</sup> *cum* written twice.

solvenda ante gradum licencie. In qua eiam Facultatis Congregacione electi erant magistri nostri Thomas Ramsay, Petrus Capellanus una cum regentibus Collegii, Pedagogii et Sancti Leonardi ad communicandum super conclusionibus concernentibus Facultatem et honorem ipsius et studentium utilitatem in presencia Decani et Facultatis.

1527

Nomina Licenciatorum anni Domini i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> xxvii*In Pedagogio graduati et birretati*

Patricius Myrtone, dives  
 David Myrtone, dives  
 Johannes Home, dives  
 Alexander Home, dives  
 Alexander Pryngill, dives  
 Walterus Guild, dives  
 Magister Johannes Brown, dives  
 Andreas Oliphant, pauper  
 Magister Jacobus Joly, pauper  
 Andreas Brownhile, dives  
 Johannes Scheile, pauper

*In Collegio Sancti Leonardi birretati excepto A. Logye*

Magister Johannes Spaldyng, pauper  
 Johannes Syngclar, dives  
 Alexander Creichtone, dives  
 Magister David Guild, pauper  
 Magister Willelmus Kynnynmonde, pauper  
 Thomas Synclair, pauper  
 Magister Hugo Cragye, pauper  
 Magister Patricius Wrycht, pauper  
 Magister Johannes Somerwell, pauper  
 Alexander Logye, pauper

3 October 1527

Congregacione Facultatis prefate in eiusdem novis scolis fol. 154<sup>r</sup> tercio die mensis Octobris tenta anno Domini i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> xxvii<sup>o</sup>. Magister Jacobus Chaplane regens Collegii Sancti Salvatoris in quodlibetarium est electus, quo non acceptante idem officium quia tempore electionis huiusmodi presens in civitate non fuerat, eadem Facultas magistrum Robertum Patersoun eiusdem Collegii regentem in quodlibetarium elegit, et admissionem determinancium Decano commisit, [et] regentes<sup>1</sup> suos elegerunt<sup>2</sup> ut moris est libros.

<sup>1</sup> *regentibus* in text.<sup>2</sup> *eligentes* in text.

NOVA ELECTIO VENERABILIS VIRI MAGISTRI MARTINI BALFOUR  
VICARII DE MONYMEILE IN DECANUM FACULTATIS ARCIUM  
UNIVERSITATIS SANCTIANDREE FACTA IN SCOLIS ARTIUM  
QUARTO NOVEMBRIS ANNO ETC. 27.

4 November 1527

Congregacione Facultatis prefate in eiusdem nova scola facta quarto die mensis Novembris prefati. Unanimo consensu<sup>1</sup> omnium prefatus magister Martinus Balfour de Monimeile vicarius in decanum Facultatis Artium electus erat. Et magister Johannes Todrik in bursarium per eandem Facultatem similiter electus erat. In qua eciam [Congregatione] assessores ad assistendum eidem Decano, contenti in priori electione eiusdem Decani anno elapso electi erant<sup>2</sup> per Facultatem.

2 March 1527-28

Congregacione prefate Facultatis in eiusdem novis scolis facta 2<sup>o</sup> die mensis Marcii anno Domini, i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> xxvii<sup>o</sup>. Per eandem voce unanima et consensu electi erant examinatores ad examinandum determinantes anni eiusdem magistri Andreas Kynnynmontht, Walterus Fethy, Johannes Somerwell et Willelmus Kynnynmontht regens Sancti Leonardi. Et pro temptandis intransibus per Facultatem electi erant magistri Jacobus Chaplane, Johannes Watsone, Johannes Spaldyng et <Hugo Cragye>.<sup>3</sup> In qua eciam Congregatione recepti erant determinantes et intrancium admissio erat Decano ut moris est commissa. In qua eciam Congregatione proposita erant diversa que erant Decano et suis assessoribus<sup>4</sup> delata. Quiquidem Decanus cum assessoribus dispensavit<sup>5</sup> cum Johanne Kirkton studente Pedagogii quod pro sua absentia de Universitate spacio quinque mensium

<sup>1</sup> *consenso* in text.

<sup>2</sup> Written twice. Text reads *In qua eciam electi erant assessores . . . anno elapso electi erant per Facultatem.*

<sup>3</sup> A space has been left blank and this name inserted in a darker ink.

<sup>4</sup> *accessoribus* in text.

<sup>5</sup> *dispensarunt* in text.

post actum licencie sue manebit in Universitate operam dando studio infra eandem per tempus quinque mensium, et si defecerit obligavit se soluturum Facultati xx<sup>ti</sup> s. ultra alia per eum solvenda Facultati, regenti et Bedello. Et similiter dispensatum est cum Patricio Gardyne hoc anno determinante quod ad tantum tempus post actum licencie remaneat infra Universitatem ut prefertur, alioquin similiter satisfaciatur Facultati xx<sup>ti</sup> s., cui dispensationi et decreto acquieverunt et se obligarunt || per suarum manuum fol. 154<sup>v</sup> extensionem, et desuper Johannes Kirkton suam dedit obligationem, et in futurum usque ad gradum licencie remanebunt in Universitate secundum rigorem statutorum Facultatis alioquin dispensatio eadem non habebit effectum nisi habuerint legitimum impedimentum.

## 1527-1528

Nomina Determinancium anni xxvii<sup>o</sup>*In Collegio Divi Leonardi*

Archibaldus Barre  
Thomas Sleuthman  
Thomas Kenne  
Petrus Allansone  
Patricius Lorain  
Alexander Annand  
Johannes Jhonsone

Georgius Monipenny  
Willelmus Patersone  
Johannes Moncreif  
Thomas Bell  
Johannes Atkin  
David Fowlar  
Johannes M'Gregour

*In Collegio Sancti Salvatoris<sup>1</sup>*

Jacobus Petcarne  
Patricius Ramsay  
Michael Balfour  
Matheus Lumisdene  
Willelmus Zhoung  
Alexander Eldar

*Secundi actus Sancti Leonardi  
Collegii nomina*

Michael Durame  
Willelmus Nudry  
Jacobus Brydy  
Thomas Cranstoun  
Wilelmus Eldar  
Georgius Logye

*In Pedagogio*

Thomas Berclay  
Andreas Strang  
Willelmus Wrycht

*Secundi actus Collegii Sancti  
Salvatoris [nomen]*

Patricius Gardyne

## 8 May 1528

Congregacione Facultatis facta viii<sup>o</sup> Aprilis<sup>2</sup> anno xxviii<sup>o</sup> fol. 155<sup>r</sup>  
in scolis novis Artium pro licenciandis intrantibus. Iidem<sup>3</sup>  
ut moris licenciati erant et per Decanum commissarium

<sup>1</sup> Altered from in *Pedagogio*.

<sup>2</sup> More probably May.

<sup>3</sup> *Idem* in text.

domini officialis moniti erant iidem<sup>1</sup> licenciati ad recipiendum insignia magistralia infra hinc et festum Nativitatis Beati Johannis Baptiste sub pena excommunicationis et xl s. In qua eciam Congregatione ante licenciam dispensatum erat cum [Johanne]<sup>2</sup> Makcalzheane studente Pedagogii, quod non obstante sua absentia quo Edinburgi<sup>3</sup> steterat post gradum bachalariatus, quia bene ibidem exercitatus et ab multis Universitatis commendatus et aliis erat [*sic*] ideo dispensatum cum eo erat ut preferatur quod promoveretur hoc anno ad gradum, primitus tamen eo temptato per temptatores anni presentis et solutis solvendis Facultati pro tribus vicis. Regenti et Bedello [solveret] sua debita, et pro dispensatione solveret ultra debita per eum Facultati et prescriptis Bursario Facultatis xx<sup>tl</sup> s.

1528

Nomina Licenciatorum<sup>4</sup> anni 1528

Johannes Kyrktone  
David Trumbull  
David Gardyne  
Jacobus Cranstone  
Thomas Horne  
Willelmus Berclay  
Johannes Wedderburn  
Willelmus Balfour  
Andreas Gourlay  
Willelmus Murray

Jacobus Berclay  
Johannes Arnott  
Johannes Gardyne  
Johannes Grundstone  
Willelmus Wychtman  
Willelmus Zhong  
Jacobus Bonar  
Georgius Cok  
Johannes Zhong  
Johannes M<sup>c</sup>Calzheane

3 October 1528

fol. 155v

Congregacione Facultatis Arcium in novis scolis eiusdem facta tercio mensis Octobris anno Domini i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> xxviii<sup>o</sup>. In quodlibetarium electus est magister Andreas Kynnynmontht regens Pedagogii. Regentes Facultatis ut moris est suos elegerunt libros. Et determinancium receptio Decano ut moris est commissa per Facultatem erat.

<sup>1</sup> *idem* in text.

<sup>2</sup> The Christian name is supplied from the list of licentiates. In the list of bachelors and in the Matriculation Roll, however, he appears as Thomas. (See above, p. 350; *Early Records*, 222.) This whole minute is carelessly drawn up. The paper is absorbent and the ink a faded brown.

<sup>3</sup> He probably belonged to a burgh family of Edinburgh. See *R.S.S.*, ii, *ad indices*.

<sup>4</sup> Twice written, and the first (misspelt) scored out.

NOVA ELECTIO VENERABILIS VIRI MAGISTRI MARTINI BALFOUR VICARII DE MONYMEILL IN DECANUM FACULTATIS ARCIUM PREFATE UNIVERSITATIS IN NOVIS SCOLIS ARCIUM TERCIO MENSIS NOVEMBRIS ANNO 1528.

3 November 1528

Congregacione Facultatis sepefate in novis scolis eiusdem tercio die mensis Novembris anno Domini quo supra. Post varias altercationes consensu<sup>1</sup> tocius Facultatis prescriptus magister Martinus Balfour in decanum prefate Facultatis electus erat. Et magister Johannes Todrik in bursarium similiter de novo electus seu continuatus [erat]. In qua eciam Congregatione electi erant assessores ad assistendum eidem Decano in concernentibus Facultatem magister Johannes Weddell Rector Universitatis Sanctiandree et Flisk,<sup>2</sup> Prepositus Collegii Sancti Salvatoris, magistri nostri Thomas Ramsay, Petrus Capellanus, Jacobus Walterus [*sic*] rector de Ellem, Gawinus Logye regens principalis Collegii Divi Leonardi, Robertus Bannerman et Jacobus Capellanus.

1528-1529

Nomina Determinantium anni 1528

*In Collegio Divi Leonardi*

*Primi actus nomina*<sup>3</sup>

Thomas Anderson, pauper  
 Patricius M'Culloch, pauper  
 Patricius Blair, pauper  
 Eduardus Kellock, pauper  
 Andreas Traill, pauper

*Secundi actus [nomina]*

Willelmus Abercrommy, dives  
 Robertus Pryngill, dives  
 Cornelius<sup>4</sup> Omei, dives  
 Petrus Galbraytht, dives

*Tertii actus nomen*<sup>5</sup>

Ninianus Hommilton, dives

*Nomina Determinantium in*

*Collegio Sancti Salvatoris*

Willelmus Schaw, dives  
 Georgius Seytone, dives  
 Richardus Jaksone, dives  
 Johannes Seytone, dives  
 Dyonisius Chalmer, dives  
 [Johannes]<sup>6</sup> Crammye

*Secundi actus nomina ejusdem*

*Collegii*

Henricus Kyncragye, dives  
 Robertus Wode  
 Willelmus Henrison  
 Johannes Myllar

<sup>1</sup> *unanimi* deleted after *consensu*. The altercations may have been due to religious differences, as this was the first election after the martyrdom of Patrick Hamilton.

<sup>2</sup> i.e. Rector of the University and of the church of Flisk.

<sup>3</sup> In the MS. the second act has been written before the first act.

<sup>4</sup> Altered from *Colnerius*.

<sup>5</sup> *nomina* in text.

<sup>6</sup> Name supplied from Matriculation Roll (*Early Records*, 224).

15 *February* 1528-29fol. 156<sup>r</sup>

Congregacione Facultatis Arcium prefate in eiusdem novis scolis xv<sup>to</sup> mensis Februarii anno etc. i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> xxviii<sup>o</sup>. In eadem consensu concordi electi erant ad examinandum determinantes anni instantis Jacobus Capellanus regens Collegii Sancti Salvatoris, Robertus Bannerman, Johannes Watson regentes Pedagogii et Willelmus Kynnynmont regens Collegii Sancti Leonardi, et pro temptandis intrantibus electi sunt magistri Walterus Fethy, Johannes Somerwell regentes Collegii Sancti Salvatoris, Andreas Kynnynmont et Jacobus Foster [Collegii] Divi Leonardi regentes.<sup>1</sup> In qua eciam Congregatione recepti erant determinantes et in presentia Decani et Facultatis jurati etc. et intrantium admissio ut moris est Decano per Facultatem est commissa. In qua quidem Congregatione diverse erant supplicationes propositae et pretextu earundem electi erant per Facultatem assessores ad assistendum Decano super huiusmodi supplicationibus et aliis Facultatem concernentibus determinandis et decidendis viz. M. Johannes Weddal Rector Universitatis Sanctiandree, magistri nostri Prepositus Collegii Sancti Salvatoris, Thomas Ramsay, Petrus Cappellanus eiusdem canonici, M. Jacobus Walteri rector de Ellem, magistri Gawinus Logye, Robertus Bannerman, cum potestate convocandi alios.

20 *March* 1528-29

Congregatione Facultatis sepefate in eiusdem novis scolis tenta xx<sup>o</sup> Marcii anno Domini 1528. Electi erant provisores pro festo Sancti Johannis Ewangeliste magister Martinus Mylis pro Collegio Sancti Salvatoris et magister David Guld pro Collegio Divi Leonardi, et si magister Martinus noluerit accipere aut legitimum haberet impedimentum magistrum David Gardyne loco suo Facultas elegit. In qua quidem Congregatione approbata erant statuta condita per Decanum et prefatos assessores que imponuntur in statutorum libro eiusdem Facultatis una

<sup>1</sup> *regens* in text.

cum aliis.<sup>1</sup> Et per Decanum et Facultatem conclusum erat Bedellum Facultatis Artium levare litteras monitoriales simplices ad monendum omnes ante hoc licenciatos non magistros ut sub pena excommunicationis et solutionis summe pecuniarie pro qua actitabantur tempore licencie eorundem ad accipiendum gradum magisterii infra hinc et festum Penthecostes proxime futurum sub pena premissa.

1529

Nomina Licenciatorum anni Domini 1529<sup>2</sup>fol. 156<sup>v</sup>

M. Jacobus Petkarne	M. Georgius Logye
M. Thomas Berclay	M. Alexander Eldar
Willelmus Nudre	Thomas Cranstone
M. Michael Durayme	Thomas Keyne
M. Michael Balfour	M. Johannes Jhonistone
M. Andreas Strang	Willelmus 3houng
M. Patricius Gardyne	Patricius Loren
M. Jacobus Bradye	Alexander Annand
Georgius Monipennye	M. Petrus Alisone
Johannes Moncreif	M. Patricius Ramsay
M. Thomas Slewman	M. Thomas Bell
M. Archibaldus Barre	M. Johannes Atkyne
M. Willelmus Eldar	Numerus caputiorum rubeorum
M. Matheus Lumisdane	xlviij <sup>3</sup>

1530

NOVA ELECTIO VENERABILIS VIRI MAGISTRI MARTINI BALFOUR fol. 157<sup>r</sup>  
VICARII DE MONYMEILL IN DECANUM FACULTATIS ARTIUM  
UNIVERSITATIS SEPEFATE IN NOVIS SCOLIS EIUSDEM FACTA  
DIE QUINTO MENSIS MAII ANNO DOMINI 1529 [*rectius* 1530].

5 May 1530

Congregacione Facultatis prescripte facta mandato maiorum eiusdem, causante vacatione officii dicte Facultatis decanatus ex non electione eiusdem Decani in termino solito,<sup>4</sup> per eandem (insinuatione Bedelli eiusdem Facultatis) in novis scholis eiusdem die quinto mensis Maii anno Domini

<sup>1</sup> *Statutes*, II0-11.

<sup>2</sup> This heading was first written at the foot of the preceding page, and scored out there, along with the first five names in the list, which were written consecutively and in the order: *Petkarn, Berclay, Balfour, Nudry, Durame*; and, in the margin, *In primo loco in Pedagogio*.

<sup>3</sup> Added in faded ink.

<sup>4</sup> i.e. there was no election in November 1529.

quo supra. Unanimi consensu totius Facultatis in decanum sepefate Facultatis prenominate magister Martinus Balfour electus erat. Et magister Johannes Todrik Bursarius Facultatis in eodem officio fuerat continuatus. In qua quidem Congregatione supplicatum erat pro admissione intrantium et receptione determinancium anni Domini precedentis non obstante eorum absentia tempore pestis cum ex eorum culpa huiusmodi absentia non processit sed divino flagello.

6 May 1530

Congregacione Facultatis sepefate facta consensu Decani et Facultatis totius in novis suprascriptis scolis die sexto mensis Maii anno Domini quo supra ad deliberandum super prescriptis propositis in priori Congregatione<sup>1</sup> et super supplicatione facta per Bedellum penes <quotas><sup>2</sup> magistrorum solvi annuatim provisoribus festi Divi Johannis Ewangeliste ante Portam Latinam consuetas. In qua conclusum erat quod determinantes cum suis regentibus debite Decano presentati per eum admitterentur ac si admitterentur in termino in statutis contento. Et similiter intrantes per eundem Decanum reciperentur dummodo determinantes et intrantes compleverint sua formalia ut decet ante festum nativitatis Beati Johannis Baptiste proximum, quod per Facultatem eisdem determinantibus et intrantibus peremptorie erat assignatum<sup>3</sup> ad effectum predictum. Et ulterius conclusum erat per totam Facultatem presentem quod quota solita solvi festo prefati Johannis annuo daretur integraliter Bedello. Et presentes pro tunc in huiusmodi scolis deliberarunt suas integras quotas solitas eidem Bedello, onerato ere alieno per eum incurso regnante peste in civitate, solvi.

23 June 1530

Congregacione Facultatis Arcium in eiusdem novis scolis <facta><sup>4</sup> xxiii<sup>o</sup> Junii anno Domini quo supra. Electi erant

<sup>1</sup> The work of this Congregation supplements that of the last in that it deals with determinants and intrants.

<sup>2</sup> Added in the margin.

<sup>3</sup> *festum . . . qui . . . erat assignatus*, in text.

<sup>4</sup> Added above the line.

temptatores ad temptandum et examinandum baccalarios seu determinantes anni instantis magistri Gawinus Logye et David Guild pro Collegio Divi Leonardi, Johannes Somerwell pro Collegio Sancti Salvatoris et Andreas Kynnynmontht regens Pedagogii. Et pro intrantibus examinandis seu temptandis electi erant in eadem Congregatione magistri Robertus Bannerman, Andreas Kynnynmontht, Robertus Patersone et Johannes Spaldyng. In qua quidem Congregatione admissi erant determinantes, et admissio intrantium Decano commissa per Facultatem fuerat. Qui quidem temptatores et examinatores juramentum prestiterunt ut moris est in presentia Facultatis.

1529-1530

Nomina Determinantium anni Domini i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> xxix<sup>1</sup>  
Facultatis Artium Universitatis Sanctiandree

*In Collegio Sancti Salvatoris*

Thomas Wemis  
Andreas Ballingall  
Alexander Levingston  
Alexander Sibbauld  
Walterus Gourlay

Jacobus Lyndesay  
Andreas Barclay  
Willelmus Mowbray

*Secundi actus nomina**In Collegio Divi Leonardi  
Primi actus nomina*

Robertus Wedderburne  
Thomas Guthre  
Johannes Meldrum

Walterus Lesley  
Archibaldus Elwand  
Nigellus Or  
Henricus Durhame  
Alexander Somerwell  
Thomas Weddell

1530

Nomina Intrantium anni prefati Domini<sup>2</sup> seu licencia- fol. 158<sup>r</sup>  
torum eiusdem sequuntur.

Georgius Seytoun, dives  
Guillermus Schaw, dives, non  
temptatus nec licentiatus  
M. Ricardus Jaksone, dives  
M. Johannes Seytoun, pauper, acti-  
tatus tamen pro bursis  
M. Henricus Kyncragye, dives  
Johannes Myllar, pauper  
M. Dyonisius Chalmer, dives

M. Guillermus Henrison, pauper  
Guillermus Abercrommye, dives  
M. Robertus Hoppryngill, dives  
Andreas Traile, pauper  
M. Thomas Anderson, pauper  
M. Patricius Blair, pauper  
M. Petrus Galbraytht, dives  
M. Edwardus Kello, pauper  
M. Patricius Mackullo

<sup>1</sup> Altered from xxx. Owing to the plague, the examinations had not been held until June 1530.

<sup>2</sup> *Anni prefati* is the academic year 1529-1530; and it appears from the appended note that the month was July. These examinations also were delayed owing to the plague.

Magister<sup>1</sup> Alexander Suthirland decanus Cathanensis licenciatus per dominum officialem Vicecancellarium habens omnia requisita ad actum licencie et desuper probatio legitima facta Decano per varios Facultatis magistros ac beneficiatos anno prefato Domini i<sup>m</sup> c<sup>o</sup> xxx<sup>o</sup>.

Martinus Balfour Decanus manu propria subscripsit.

xvi July anno 1530.

Hii omnes moniti excepto Willelmo Schaw ante licenciam ad capiendum insignia magistralia infra xl dies datam presentium immediate sequentes sub pena xls. in potentem et xx<sup>li</sup> s. in minores respective secundum tenorem statuti desuper conditi auctoritate domini officialis Sanctiandree principalis Vicecancellarii eodem anno per reverendissimum Cancellarium constituti.<sup>2</sup>

3 October 1530

Congregacione Facultatis Arcium in eiusdem novis scolis facta tercio die mensis Octobris anno Domini i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> xxx<sup>mo</sup>. In quodlibetarium electus est magister Johannes Spaldyng regens Divi Leonardi. Regentes suos libros elegerunt et determinantium receptio Decano ut moris est commissa.

fol. 158<sup>v</sup>

ELECTIO NOVA VENERABILIS VIRI MAGISTRI MARTINI BALFOUR VICARII DE MONYMEILL IN DECANUM FACULTATIS ARTIUM UNIVERSITATIS SANCTIANDREE IN NOVIS SCOLIS EIUSDEM FACULTATIS TERCIO NOVEMBRIS ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO TRIGESIMO.

3 November 1530

Congregatione Facultatis Artium Universitatis prescripte in novis scolis consuetis <facta><sup>3</sup> tercio Novembris anno Domini 1530. Unanimi consensu magistrorum Facultatis prenomminatus magister Martinus in decanum eiusdem Facultatis eo renitente est electus. Et magister Johannes Todrik in eiusdem Facultatis bursarium est similiter electus.<sup>4</sup> Et quia non consensit dictus Decanus protunc huiusmodi electioni ideo electio assessorum continuata est in futuram Congregationem proximam.

<sup>1</sup> Altered from *Dominus*. This note is written in the blank space opposite the list (see *Early Records*, xxii).

<sup>2</sup> See *Statutes*, 110.

<sup>3</sup> Added above the line.

<sup>4</sup> On 28 October there had been an audit covering two academic years. (*Bursar's Book*, fol. 24<sup>v</sup>)

1530-1531.

## Nomina Determinancium anni 1530

*In Collegio Divi Leonardi*

Alexander Schaw	Henricus Hechtlyng
Johannes Petblatho	Andreas Inglis
Jacobus Strauchyne	Robertus Fostar
Lawrencius Myllar	Patricius Carnegye
Johannes Child	Jacobus Atchyne
Thomas Speid	David Lyale
Walterus Spaldyng	Johannes Guthre
Nicholaius Robertson	Willelmus Glene

28 February 1530-31

Congregatione Facultatis [Artium] Universitatis sepefate fol. 159<sup>r</sup> facta in Artium novis scolis et consuetis ultimo mensis Februarii anno Domini 1530 pro eligendis examinadoribus et temptadoribus ad examinandum et temptandum determinantes et intrantes respective. Electi sunt pro determinantibus examinandis magister Robertum Bannerman, magistri Willelmus Kynnymont, Johannes Schell et Johannes Forhous Collegii Sancti Salvatoris, primi duo de Pedagogio et Divi Leonardi. Et pro intrantibus temptandis electi sunt magistri Walterus Fethy, Johannes Scheill, David Guild et Petrus Allanson, qui ut moris est in presentia Facultatis jurarunt. Determinantes recepti et intrantium admissio Decano per Facultatem commissa.

1530-1531

Nomina Licenciatorum anno 1530<sup>1</sup>*In Collegio Leonardi*

Robertus Wedderburne

*In Collegio Sancti Salvatoris*

M. Thomas Wemis, dives

M. Jacobus Spens

*In Sancto Leonardo*

Johannes Meldrum

Thomas Guthre

M. Alexander Somerwell, pauper

Sequuntur alii complentes omnia ad actum licencie et recedentes, instrumenta desuper capientes in presencia Facultatis.

<sup>1</sup> There is a faint oblique stroke through the 0; and the editor of *Early Records* has altered this date to 1531. He has therefore two lists of licenciates for the academic year (pp. 125, 127). The plague must have caused great confusion, although there seems to have been no similar interruption of the academic life at Glasgow.

*In Collegio Divi Leonardi*

Archibaldus Elwand  
 Walterus Leslye  
 Nigellus Hor  
 Jacobus Lyndesay

Willelmus Mowbray  
 M. Thomas Weddale  
 Henricus Duram  
 Alexander Levingstoun

*3 April 1531*

Congregatione Facultatis sepefate facta in novis Artium scolis die tercio mensis Aprilis anno Domini 1531. Provisores in eadem pro festo Sancti Johannis Evangeliste<sup>1</sup> ante Portam Latinam electi erant magistri Johannes Fores Collegii Sancti Salvatoris regens et Alexander Curroure pro Pedagogio unanimi consensu Facultatis.

*3 October 1531*

fol. 159<sup>v</sup> Congregatione Facultatis Artium in eiusdem novis scolis die tercio mensis Octobris anno Domini i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> xxxi<sup>o</sup>. In eadem consensu omnium electus est magister Johannes Somerwell Collegii Sancti Salvatoris regens in quodlibetarium.<sup>2</sup> Determinantium admissio Decano delata et libri per regentes in Facultatis presentia ut moris est electi.

ELECTIO NOVA VENERABILIS ET EGREGII VIRI MAGISTRI MARTINI BALFOUR CANONICI COLLEGII SANCTI SALVATORIS RECTORIS DE DENNENOW<sup>3</sup> IN DECANUM FACULTATIS ARTIUM UNIVERSITATIS SANCTIANDREE IN NOVIS EIUSDEM SCOLIS FACULTATE CONGREGATA TERCIO DIE MENSIS NOVEMBRIS ANNO DOMINI 1531 FACTA.

*3 November 1531*

Congregatione Facultatis Artium Universitatis prescripte <facta><sup>4</sup> in novis scolis eiusdem consuetis tercio Novembris anno Domini prescripto. Unanimi consensu Facultatis prescriptus magister Martinus in decanum est electus,

<sup>1</sup> *Baptiste* in lent.

<sup>2</sup> *quodlibetarium* in text.

<sup>3</sup> Martin Balfour succeeded Peter Chaplain at Dunino, which was the endowment of the Bachelor of Theology. On the death of Thomas Ramsay Chaplain had succeeded to the rectory of Kemback, the benefice of the Licentiate of Theology.

<sup>4</sup> Added above the line.

necnon magister Johannes Todryk in bursarium eiusdem Facultatis modo simili unanimiter est electus. Nominatio assessorum, cum arduum negotium fuerit Facultatem concernens, Decano est per Facultatem delata sine quorum consensu nihil se agere posse etc. <Sequuntur nomina assessorum: Rector Universitatis, Prefectus Collegii Sancti Salvatoris, magistri nostri Johannes Maior, Petrus Capellanus, magistri Gawinus Logye, Robertus Bannerman>.<sup>1</sup>

19 February 1531-32

Congregacione Facultatis prescripte in eiusdem novis scholis facta xix<sup>o</sup> mensis Februarii anno Domini 1531 pro eligendis examinadoribus et temptatoribus ad examinandum temptandumque determinantes et intrantes respective. Electi sunt per Facultatem pro determinantibus examinandis magistri Robertus Bannerman, Walterus Fethy, Johannes Forhous et David Gulde; et pro intrantibus magistri Johannes Sumerwele, David Gardyn, Andreas Kyn[yn]montht et Johannes Spaldyng, qui ut moris est in presentia Facultatis iurarunt. Intrantium admissio Decano per Facultatem commissa est.

1531-1532

Nomina Determinantium anno 1531

fol. 160<sup>r</sup>

*In Collegio Divi Leonardi*

Willelmus Durame  
Robertus Auchtmounty  
Jacobus Kircaldy  
Johannes Broun  
Patricius Broun  
Johannes Allansone  
Johannes Fiff  
Johannes Bruis, determinans, sed  
non respondens cum aliis in lapide<sup>2</sup>

*In Collegio Sancti Salvatoris*

Thomas Powis  
Donaldus Brois  
Georgius Symsonne  
Johannes Makbrair  
Dominus Robertus Richertsone  
Jacobus Pady  
Adam Hoppar, determinans, sed  
non respondens in lapide<sup>2</sup>

23 March 1531-32

Congregacione Facultatis in eiusdem novis scholis facta die xxiii mensis Marcii anno Domini i<sup>m</sup> v<sup>o</sup> xxxi. Electi erant

<sup>1</sup> Added later.

<sup>2</sup> This is the first reference in the *Acta* to the black stone on which the candidate sat. A blank space has been left at the end of the list, as if for filling in more names.

in provisores festi Sancti Johannis ante Portam Latinam magistri Petrus Allanson et Thomas Bell Pedagogii et Divi Leonardi locorum.

1531-1532

fol. 160<sup>v</sup>

Nomina Licenciatorum anni 1531 sequuntur<sup>1</sup>

*In Collegio Divi Leonardi*

Jacobus Arskin, dives	M. Willelmus Glene, pauper
M. Patricius Carnegye, dives	M. Alexander Schaw, pauper
Walterus Spaldyng, pauper	M. Andreas Inglis, pauper
M. Nicholaius Robertstone, pauper	David Lyell, pauper
M. Johannes Guthre, pauper	Johannes Petblatho, pauper
Thomas Speid, pauper	Jacobus Strathauthin, pauper
Henricus Hechtlyne, pauper	

2 October 1532

Congregacione Arcium Facultatis in eiusdem novis scolis secundo die mensis Octobris anno Domini i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> xxxii<sup>o</sup> <facta>.<sup>2</sup> Magister Walterus Fethy Pedagogii regens in quodlibetarium est electus. In qua eciam Congregacione conclusum fuerat quod ammodo huiusmodi Congregatio erit annue imperpetuum ultimo die mensis Septembris pro eo quod secundus dies Octobris est dies dedicationis templi Collegii Divi Leonardi, cuius regentes institerunt Facultati pro huiusmodi translacione. Regentes ut moris est suos respective elegerunt libros.

fol. 161<sup>r</sup>

VENERABILIS EGREGIIQUE VIRI MAGISTRI MARTINI BALFOUR RECTORIS DE DUNNENNOCHT CANONICIQUE ECCLESIE COLLEGIATE SANCTI SALVATORIS NOVA ELECTIO IN FACULTATIS ARCIUM DECANUM NOVISQUE EIUSDEM SCOLIS FACTA QUARTO DIE MENSIS NOVEMBRIS<sup>3</sup> 1532.

4 November 1532

Arcium Facultatis Universitatis Sanctiandree Congregatione in eiusdem novis scolis facta quarto die mensis

<sup>1</sup> Those licentiates seem to belong to the academic year 1531-1532. In the Bursar's account rendered for the session 30 October 1531—30 October 1532, *Carnegye*, *Erskine*, *Guthrie* and *Lyle* paid fees connected with the act of licence (fol. 25<sup>r</sup>).

<sup>2</sup> Added above the line.

<sup>3</sup> Altered from *Octobris*; as also in the following minute.

Novembris anno Domini quo supra. Facultatis unanimi consensu in decanum Facultatis Artium prenominate magister Martinus electus erat, ac magister Johannes Todrik in bursarium eiusdem Facultatis modo simili per Facultatem nullo contradicente est electus. Nominatio assessorum Decano per Facultatem est commissa.

1532-1533

Nomina Determinantium anno 1532

<i>In Collegio Divi Leonardi</i>	Patricius Quhithill, pauper
Jacobus Giffart, dives	Adam Marschell, pauper
David Ogilwy, dives	Willelmus Gudail, pauper
Richardus Guthre, dives	
Willelmus Blair, dives	
Robertus Callandar, pauper	<i>In Pedagogio</i>
Jacobus Jhonstoun, pauper	Jacobus Watstone, dives

3 March 1532-33

Congregatione Facultatis Artium in scholis eiusdem novis fol. 161<sup>v</sup> tercio die mensis Marci anno Domini <sup>m</sup>v<sup>c</sup> xxxii<sup>o</sup> statuta et ordinata pro eligendis examinadoribus et temptatoribus ad examinandum determinantes et temptandum intrantes ut moris est respective. Electi sunt in examinadores pro determinantibus examinandis magistri, de Collegio M. Thomas Wemis, de Pedagogio M. Andreas Kynnynmontht, M. Willelmus Kynnynmont, et M. David Guld pro Collegio Divi Leonardi. Et pro intrantibus temptandis per Facultatem electi sunt de Collegio M. Johannes Foirhous, de Pedagogio M. Robertus Bannerman et [M.] Andreas Kynnynmontht, et pro Collegio Divi Leonardi M. David Guld. In quaquidem Congregacione precedentibus sup[p]licationibus variis dispensatum est cum Jacobo Watson familiari domini Secretarii<sup>1</sup> determinanti pensionario<sup>2</sup> de Ellem de uno anno sui temporis, quod cum ceteris intrantibus anno instante in proximo promoveatur ad magisterii gradum, subeundo onera futura subiri per ipsos intrantes ad gradum magisterii inclusive potentes quo ad tertium vicum

<sup>1</sup> The King's chief Secretary at this time was Thomas Erskine of Haltoun and Brechin.

<sup>2</sup> *pencionario* in text.

et alia omnia onera. Et <ne><sup>1</sup> detur occasio similium supplicationum <fiendarum><sup>2</sup> conclusum erat quod in futurum non dispensaretur cum beneficiato nisi Facultati pro huiusmodi dispensatione dederit decem marcas monete Scotie. Et quia aliqui regentes processerunt ad responsiones in vico ommissa vocatione studentium seu scolasticorum cum regentibus paucis, conclusum erat similiter quod responsiones in vico nulle pro formalibus haberentur nisi interfuerint scolastici seu studenti Facultatis huiusmodi disputationibus, et si de facto aliqui processerint ad huiusmodi responsiones non interessentibus scolasticis quod huiusmodi responsiones pro formalibus non haberentur sed de novo responderent, alias non procederent taliter respondentes. Determinantes recepti et intrantium admissio Decano commissa est.

#### 4 April 1533

Congregacione Facultatis Arcium in eiusdem novis scolis facta quarto die mensis Aprilis anno Domini i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> xxxiii<sup>o</sup>. Electi erant provisores festo Johannis Ewangeliste ante Portam Latinam magistri Johannes Todrik Bursarius et Johannes Scheill Collegii Sancti Salvatoris regens.

#### 1533

fol. 162<sup>r</sup>

#### Nomina Licenciatorum anni Domini i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> xxxiii<sup>3</sup>

M. Robertus Auchtrowthy, pauper	Willelmus Durhayme, pauper
Johannes Aleson, pauper	Johannes <sup>4</sup> Symson, pauper
Jacobus Watson, dives	Robertus Wode, pauper
Thomas Powis, pauper	Robertus Richertson, pauper
Johannes Broys, pauper	Patricius Broune, pauper
Jacobus Kircaldye, pauper	Thomas Browis, pauper
Jacobus Padye, pauper	

<sup>1</sup> Above the line ; altered from *ut*.

<sup>2</sup> Above the line.

<sup>3</sup> This date is blotted. It has originally been written *xxxiij*. The blot covers the last *x* and the first digit. The last two digits are dotted, but not the first, covered by the blot. The editor of *Early Records* reads it as 1532 ; but the setting is 1533, and the names consist mainly of determinants of 1531, so that 1533 would be the normal year for taking their licence, and James Watson is mentioned above, as an intrant of 3 March 1532-33.

<sup>4</sup> Called *George*, as determinant (see above, p. 367), and in Matriculation Role (*Early Records*, 230).

4 October 1533

Congregatione Facultatis Artium in scholis eiusdem novis facta quarto die mensis Octobris anno Domini i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> xxxiii<sup>o</sup>. Magister Guillelmus Kynnynmontht Divi Leonardi regens in quodlibetarium est electus. Regentes in Facultatis presentia respective libros elegerunt, et determinantium receptio Decano per Facultatem est commissa, necnon assessorum nominatio ad assistendum Decano in concernentibus Facultatem.

NOVA ELECTIO VENERABILIS VIRI MAGISTRI MARTINI BALFOUR RECTORIS DE DUNNENNOW CANONICI COLLEGII SANCTI SALVATORIS IN ARTIUM FACULTATIS DECANUM NOVIS EIUSDEM SCHOLIS QUARTO NOVEMBRIS ANNO 1533.

4 November 1533

Arcium Facultatis Universitatis Sanctiandree facta Congregatione in eiusdem novis scholis quarto die mensis Novembris anno Domini quo supra. In decanum eiusdem Facultatis est electus venerabilis vir magister Martinus Balfour canonicus Collegii Sancti Salvatoris et in bursarium magister Johannes Todrik nullo opponente. Et ad assistendum Decano in concernentibus Facultatem electi sunt magistri nostri Johannes Maior vicarius Dunloppy<sup>1</sup> successor Prefecti Collegii Sancti Salvatoris, Petrus Cappellanus canonicus eiusdem Collegii, magistri Gawinus Logye, Robertus Bannerman principales regentes Collegii Divi Leonardi et Pedagogii respective, Andreas Kynnynmontht, Willelmus Kynnynmont, Walterus Fethy, Johannes Scheile || et alii fol. 162<sup>v</sup> regentes Collegii et Divi Leonardi. Quiquidem Decanus et assessores electi eodem die statuerunt et ordinarunt quod in futurum dumtaxat quatuor potentes determinabunt, qui

<sup>1</sup> Dunlop, in Ayrshire (*Munimenta*, ii, 134, 143). Major returned to St. Andrews as colleague and successor of the aged Provost Hugh Spens, who died on 21 July 1534 (Major, *History*, ciii, n).

non exponent in aula ultra decem libras, et omnes scolastici in Collegiis Sancti Salvatoris et Divi Leonardi ac alii in villa pro eorum tabula solventes summam duodecem marcarum annue erunt de numero, et satisfacient bursas et alia Facultatis onera ultra pecuniam solutam pro festo ut prescribitur. Item statutum est per eundem Decanum et suos assessores prescriptos quod<sup>1</sup> ammodo et in futurum in quolibet festo determinancium erunt ad minus octo decem fercula.<sup>2</sup> Item quod iidem<sup>3</sup> determinantes invitent Rectorem, Decanum, principales locorum regentes eorundem, Bursarium et alios magistros Facultatis et scolasticos complentes prefatum numerum ferulorum. Et quo ad distributionem fiendam in scolis serotecarum,<sup>4</sup> distribuuntur ad minus sexdecem dusene<sup>5</sup> serotecarum secundum quod decet maioribus et minoribus.

#### 11 February 1533-34

Congregatione Facultatis Artium in scolis eiusdem novis xi mensis Februarii anno 1533 limitata pro eligendis temptatoribus et examinadoribus ad temptandum et examinandum determinantes et intrantes. Electi sunt ut moris est pro determinantibus examinandis magistri Johannes Scheill et David Gardyn Collegii Sancti Salvatoris regentes, Walterus Fechy Pegagogii regens, M. Willelmus Kynnynmontht Collegii Divi Leonardi regens, et pro intrantibus temptandis electi sunt M. Johannes Forest Collegii Sancti Salvatoris regens, M. Andreas Kynnynmontht regens Pedagogii, magistri Willelmus Kynnynmontht et David Guld Collegii Divi Leonardi regentes. Determinantes recepti et intrancium admissio Decano per Facultatem est commissa.

<sup>1</sup> *quod* repeated after *in futurum*.

<sup>2</sup> *ferculum*; a dish, a course; here, guests invited to the feast.

<sup>3</sup> *idem* in text.

<sup>4</sup> *serotecarum, chirothecarum*, gloves.

<sup>5</sup> Perhaps means sixteen pairs.

1533-1534

Nomina Determinantium anni Domini 1533<sup>1</sup>fol. 163<sup>r</sup>*<In Collegio Sancti Salvatoris>**Primi actus nomina*

A[lexander] Hepburne, dives  
 Henricus Scrimgeour, dives  
 David Arnott, dives  
 Martinius Gib, dives  
 Thomas Herwy, pauper

*Secundi actus nomina*

Alexander Spens, pauper  
 Johannes Inglis, pauper  
 Thomas Borthik, pauper  
 David Scrimgeour, pauper  
 Georgius Spens, pauper

*Tertii actus nomina*

Dominus Robertus Ker, dives  
 Patricius Dowglas, dives  
 Georgius Ker, dives  
 Alexander Forhus, dives

*Quarti actus nomina*

Johannes Sandelandis, dives  
 Robertus Mongumrye, dives  
 Johannes Abercrommye, dives  
 David Balfour, pauper

*Quinti actus nomina*

Dominus Alexander Dik, pauper  
 Thomas Mylis, pauper  
 Thomas Hill, pauper  
 Andreas Hay, pauper  
 David<sup>2</sup> Boswell, pauper

*Sexti actus nomina*

Georgius Atkinson, pauper  
 Alexander Lawsons, pauper  
 Robertus Haswell, pauper  
 Robertus Synkclair, pauper

*Septimi actus nomina*

Thomas Bell, pauper  
 Jacobus Arnott, pauper  
 Johannes Olipheir, pauper

*In Collegio Divi Leonardi**In primo actu*

David Quhitlaw, pauper  
 Robertus Spaldyng, pauper  
 David Ramsay, pauper  
 Patricius Anderson, pauper  
 Andreas Quhitlaw, pauper

*In secundo [actu]*

Guillermus Broun, pauper  
 Archibaldus Cunnyngghaym  
 Alexander Ade, pauper  
 Gwillermus Scot, pauper  
 Johannes Ray, pauper

*In tertio [actu]*

David Dunbar, dives  
 Robertus Grahame, dives  
 Willelmus Hepburne, dives  
 Rogerus Martyne, pauper  
 Johannes Carmuchtell, pauper  
 Willelmus Kynros, pauper

27 March 1534

Congregatione Facultatis [Arcium] in eiusdem scolis fol. 163<sup>v</sup>  
 novis <facta><sup>3</sup> die xxvii Marcii anno 1534 pro provisoribus  
 eligendis festo Sancti Johannis Ewangeliste. Proponente  
 Decano in presencia Facultatis post varia communicata  
 verba deliberatio super propositis erat delata in feriam  
 quartam proximam diem licencie. Quo die adveniente

<sup>1</sup> Altered from 1534. The lists are entered in two columns. The first was headed *in collegio*. This was scored out and replaced in the margin by *in collegio Sancti Salvatoris*. It will be seen that in no *actus* are there more than four *divites* but that these *divites* are not evenly distributed.

<sup>2</sup> *William* on p. 376 and in *Early Records*, 213.

<sup>3</sup> Added above the line.

deliberarunt sine conclusione facta per Decanum quod voluerunt huiusmodi festum Sancti Johannis hoc anno propter varia motiva<sup>1</sup> animos eorum moventia deferre durante voluntate Decani et Facultatis, ita tamen quod missa publica in capella cum nota solita celebretur, processio solita in die Sancti Johannis et alie solemnitates solite fieri eo die fiant et observentur. Et quotidianum<sup>2</sup> valorem eodem die membra graduata huiusmodi Facultatis plus solito augeant in Dei et Sancti honorem ac Facultatis.

1533-1534

Nomina Licenciatorum anno 1533<sup>3</sup>

*In Collegio Divi Leonardi*

Jacobus Giffart, dives  
David Ogilwye, pauper  
Willelmus Blair, dives  
Richardus Guthre, dives  
Willelmus Gudaill, pauper

*Collegii Sancti Salvatoris*

M. Alexander Sibbauld  
Adamus Marchell, pauper  
Patricius Quhithill, pauper<sup>4</sup>  
Jacobus Jhonsoun, pauper<sup>4</sup>  
Johannes Brown, pauper

5 October 1534

Congregatione Facultatis in novis eiusdem scolis die quinto mensis Octobris anno Domini 1534 magister Johannes Forhous regens Divi Salvatoris<sup>5</sup> in quodlibetarium est electus. Regentes ut moris est libros elegerunt. Determinantium admissio Decano est commissa. Necnon assessorum ipsius [nominatio] ad assistendum sibi in negotiis concernentibus eandem Facultatem eidem Decano est commissa.

fol. 164<sup>r</sup>

NOVA ELECTIO VENERABILIS VIRI MAGISTRI MARTINI BALFOUR  
CANONICI SANCTI SALVATORIS IN DECANUM FACULTATIS UNI-  
VERSITATIS SANCTIANDREE 1534 DIE 3<sup>o</sup> MENSIS NOVEMBRIS.

3 November 1534

Congregatione Facultatis Arcium Universitatis Sancti-  
andree in eiusdem novis scolis facta tercio die mensis

<sup>1</sup> A reference to the religious commotions that were rending the University and the nation. (See *Letters of James V*, 261.)

<sup>2</sup> *quotidianum* in text.

<sup>3</sup> This would seem to be the year October 1533—October 1534, for which the scanty audit mentions payment *pro cappa* of William Blair (*Bursar's Book*, fol. 26<sup>r</sup>).

<sup>4</sup> Determined in College of St. Leonard. (See above, p. 369.)

<sup>5</sup> *Collegio Sancti Sa.* scored out after *Divi*.

Novembris anno Domini i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> xxxiiii<sup>to</sup> unanimi [consensu] Facultatis eiusdem in decanum Facultatis venerabilis et egregius vir magister Martinus Balfour [canonicus] Collegii Sancti Salvatoris de Denneno rector electus est, ac magister Johannes Todrik in officio bursarii continuatus. Et ad assistendum eidem Decano in concernentibus Facultatem sunt electi venerabiles et egregii viri magistri nostri Johannes Maior Prefectus Collegii Sancti Salvatoris, Petrus Capellanus canonicus eiusdem, magistri Gawinus Logye regens precipuus Collegii Divi Leonardi, Jacobus Brady archidiaconus Cathanensis, Robertus Bannerman Principalis Pedagogii, Walterus Fethy, M. Johannes Todrik Bursarius.

1534-1535

Nomina Determinantium anni eiusdem

*In Collegio Divi Leonardi*

Robertus Hall, pauper  
 Johannes Prestoun, pauper  
 Johannes Skougall, pauper  
 Thomas Pryingill, pauper  
 Thomas Stewart, pauper  
 Johannes Wode, pauper  
 Johannes Sandelandis, pauper  
 Robertus Russale, pauper  
 Johannes Persone, pauper  
 Georgius Gray, pauper  
 Andreas Buist, pauper  
 Marcus Lame, pauper  
 Andreas Inche, pauper  
 Gilbertus Irwyne, dives  
 Robertus Fresar, dives  
 Gawinus Hammiltoun, pauper<sup>1</sup>

Johannes Guthre, pauper  
 Georgius Small, pauper  
 Johannes Eldar, pauper  
 Robertus Marsar, dives  
 Willelmus Fairfull, pauper

*In Collegio Sancti Salvatoris*

Georgius Cant, dives<sup>2</sup>  
 David Rollok, dives  
 Duncanus Braidwode, dives  
 Karolus Scrimgeour, pauper  
 A. [ ] Makgelygag

*In eodem Collegio*

Thomas Dunnone, dives  
 Johannes Innes, dives

15 February 1534-35

Congregatione Arcium Facultatis in eiusdem nova scola fol. 164<sup>v</sup> die xv<sup>to</sup> mensis Februarii anno Domini quo supra limitata et assignata<sup>3</sup> ad examinatores et temptatores [eligendos] ut moris est ad examinandum determinantes et temptandum intrantes. Electi sunt ad examinandum determinantes magistri Andreas Kynnynmontht, Walterus Feche Pedagogii regentes, Thomas Weims Collegii Divi Salvatoris regens et Johannes Spaldyng Collegii Divi Leonardi regens. Et quo

<sup>1</sup> Altered from *dives*.

<sup>2</sup> Originally written after *William Fairfull*; then scored out and placed at the head of the St. Salvator's list.

<sup>3</sup> *assignato* in text.

ad intrantes electi sunt magistri Johannes Scheill et Thomas Weims pro Collegio Divi Salvatoris, Walterus Fethe regens Pedagogii et Georgius Logye pro Collegio Divi Leonardi.<sup>1</sup> Recepti determinantes in presencia Facultatis et<sup>2</sup> intrancium admissio Decano per Facultatem commissa.

1534-1535

Nomina et ordo Licenciatorum anni Domini 1534<sup>3</sup>

Rotulus gratosus duntaxat istorum trium subsequentium propter importunas supplicationes etiam ex rigore meritum

Alexander Hepburn } Collegii  
M. Dominus Robertus Car }  
David Dunbar, Leonardi, non solvit pro bursis et dispensatione

Rotulus istorum sequentium rigorosus secundum rigorem examinis et meritum.

M. Henricus Scrimgeour, <sup>4</sup> primus Patricius Dowglas, secundus	} Collegii	Johannes Inglis Alexander Spens Andreas Hay David Balfour	} Collegii
Johannes Carmychal, tertius, Leonardi		David Ramsay Willelmus Kynross	} Leonardi
M. Georgius Spens, quartus, Collegii		Andreas Quhitlaw Robertus Mersar	} Leonardi
Robertus Grayme Robertus Spaldyn	} Leonardi	Martinus Gib Thomas Bell	} Collegii
Georgius Car Ma. Robertus Mungumbry Ma. Alexander Forres	} Collegii	Rogerus Martyn, Leonardi	
Patricius Anderson, Leonardi		Georgius Achison Thomas Mylis <sup>5</sup>	} Collegii
M. Dominus Alexander Dik, Collegii Johannes Ray, Leonardi		Walterus Brown, <sup>5</sup> Leonardi	
M. Thomas Hill Johannes Sandelandis Johannes Abercrumme	} Collegii	Alexander Lawson David Scrimgeour Willelmus Boswel	} Collegii
Willelmus Hepburn, Leonardi Thomas Harwy, Collegii Petrus Spens, Leonardi		Willelmus Scot Archbaldus Cwningame	} Leonardi
		Johannes Olipher, Collegio } Alexander Hade, Leonardi } circulo	

<sup>1</sup> *regentes*, scored out after *Leonardi*.

<sup>2</sup> *et* written twice.

<sup>3</sup> That this is the academic year 1534-1535 is clear from the Bursar's accounts (fol. 26<sup>r</sup>).

<sup>4</sup> This is Henry Scrimgeour, uncle of James Melville and of Peter Young, one of the tutors of James VI. Scrimgeour's remarkable career can be traced in the pages of James Melville's *Diary*, M'Crie's *Life of Andrew Melville*, and later works. He finally settled in Geneva, where he became first the Professor of Civil Law.

<sup>5</sup> *M.* in the margin between the names of *Mylis* and *Brown*.

5 October 1535

Congregatione Facultatis in eiusdem novis scholis facta fol. 165<sup>r</sup> quinto die mensis Octobris anno Domini 1535. Magister Robertus Bannerman Pedagogii regens in quodlibetarium est electus ut moris est. Regentes libros elegerunt. Determinantium admissio Decano per Facultatem est commissa ac assessorum ad assistendum sibi in concernentibus Facultatem eidem Decano similiter electio et vocatio est commissa.

NOVA ELECTIO VENERABILIS VIRI MAGISTRI MARTINI BALFOUR [CANONICI] COLLEGII SANCTI SALVATORIS AC VICARII DE MONIMEILL IN DECANUM FACULTATIS ARCIUM UNIVERSITATIS SANCTIANDREE FACTA 3<sup>o</sup> DIE MENSIS NOVEMBRIS ANNO DOMINI 1535.

3 November 1535

Congregatione Facultatis Artium Universitatis prefate in eiusdem novis scholis tenta tercio die mensis Novembris anno Domini quo supra. Facultatis unanimi consensu in decanum Facultatis eiusdem Universitatis venerabilis vir magister Martinus Balfour rector de Dennenno ac vicarius de Mony[meill] est electus ac magister Johannes Todrik modo simili per Facultatem totam nullo contradicente in eiusdem Facultatis bursarium electus est. Et ad assistendum Decano in concernentibus Facultatem magistri nostri Johannes Maior Prefectus Collegii Sancti Salvatoris sepefate Universitatis, Rector M. Jacobus Brady archidiaconus Moraviensis,<sup>1</sup> magistri Robertus Bannerman Pedagogii regens, Willelmus Kynnymontht regens Divi Leonardi, Walterus Fethe, Johannes Scheill et Bursarius una cum potestate convocandi alios.

17 February 1535-36

Congregatio Facultatis in nova scola eiusdem facta die xvii mensis Februarii anno Domini quo supra pro temptatoribus et examinadoribus eligendis ad examinandum et

<sup>1</sup> An error for *Cathanensis* (*Acta Rectorum*, ii, p. 81, and above, p. 375).

temptandum determinantes et intrantes respective ut moris est. Electi sunt ad examinandum determinantes magistri Willelmus Kynnynmont et David Guild Collegii Divi Leonardi regentes, M. David Gardin Collegii Divi Salvatoris et Robertus Bannerman Pedagogii. Et quo ad intrantes electi sunt magistri Thomas [?Weims] pro Collegii Divi Salvatoris, Andreas Kynnynmontht Pedagogii regentes et Georgius Logye Collegii Leonardini.<sup>1</sup> Determinancium receptio Decano in presencia Facultatis commissa est.

1535-1536

fol. 165<sup>v</sup>Nomina Determinantium anni 1535<sup>2</sup>*Collegii Divi Leonardi*

Johannes Bowman  
Thomas Keir  
Johannes Rettray  
Andreas<sup>3</sup> Ratray  
Pareis Inglis  
Alexander Chalmer  
Thomas Brydye

Jacobus Jhonnistoun  
Thomas Stowpe  
Michale M'Brydye

*Collegii Sancti Salvatoris*

Malcolmus Chesholme  
Johannes Balfour  
Jacobus Levyingstoun  
David Gardyne  
Thomas Ramsay  
Johannes Anstrother  
Andreas Fostar

*Collegii Divi Salvatoris*

Willelmus Wadderstoun  
Willelmus<sup>4</sup> Brouchg

Thomas Zhoung  
Robertus Corsby  
Robertus Gray  
Georgius Scott

*Collegii Sancti Salvatoris*

Georgius Spens  
Johannes Spens  
Andreas Wilzeaimson

*Collegii Divi Leonardi*

Jacobus Sandelandis  
Willelmus Hepburn  
Jacobus Wischart  
Johannes Lesley  
Robertus Hammiltoun

*Collegii Sancti Salvatoris*

Andreas Betone  
Johannes Cunnynghame  
Adamus Gordone  
Georgius Borthik  
Thomas Lyndesay  
Johannes Sutherland

8 April 1536

fol. 166<sup>r</sup>

Congregatione Artium Facultatis in eiusdem novis scolis pro electione provisorum festi Johannis Evangeliste<sup>5</sup> ante Portam Latinam. De consensu omnium Facultatis com-

<sup>1</sup> Only three examiners.

<sup>2</sup> This heading was originally written after the minutes of November and was there deleted.

<sup>3</sup> *Alexander* on p. 382 and in *Early Records*, 235.

<sup>4</sup> *Walterus Brucht* in list of licentiates (see below, p. 382).

<sup>5</sup> *Baptiste* in text.

parentium viii<sup>o</sup> die mensis Aprilis anno 1536 negotium solito more delatum est propter motivam Rectorem, Decanum ac Facultatem moventem.

1536

Nomina Licenciatorum anni 1536<sup>1</sup>

Gilbertus Irwyne M. Thomas Dunnone	}	ascendant simul sic quod nesciatur quis alteri preferatur
Robertus Frysall M. David Rollok M. Johannes Innes M. Andreas Postar		}
M. Andreas Boist M. Karolus Scrimgeour Gawinus Hammiltone Thomas Stewart Johannes Guthre	}	
Johannes Prestone Willelmus Fairfull M. Johannes Sandelandis Georgius Smal Johannes Wode Robertus Hall		}
Robertus Russall Dominus Johannes Eldar Andreas Inche Marcus Lamb Georgius Gray Johannes Skowgall	}	

1536

M.<sup>2</sup> Johannes Hay<sup>3</sup> rector de Tinyghayme complens omnia sua formalia Parisiis ad gradum magisterii. Super quibus omnibus recepti sunt testes fidedigni post quorum receptionem idem rector in supositum receptus et de post per Decanum et assessores admissus ad magisterii gradum est promotus.<sup>4</sup>

<sup>1</sup> The editor of *Early Records* has assigned this list to 1535 with a footnote: '1536 in Manuscript'.

<sup>2</sup> In the margin opposite this minute, which is undated, is *M.* This may mean *Magister* or *Memorandum*.

<sup>3</sup> John Hay, a kinsman of the Archbishop, came home from Paris and associated himself with Beaton's measures for erecting the Pedagogy into the College of St. Mary (see *Evidence*, 357).

<sup>4</sup> The Matriculation Roll states that he was made a Master of Arts 'per magistrum nostrum Petrum Capellani.' (*Early Records*, 238.)

3 October 1536

fol. 166v

Congregatione Artium Facultatis in eiusdem novis scolis facta tercio Novembris<sup>1</sup> anno 1536. Magister David Guilde Divi Leonardi regens in quodlibetarium est electus. Regentes ut moris est elegerunt libros. Determinancium admissio Decano est commissa. Communicata varia tangentia Facultatem sed quia tunc omnes <Facultatis magistri><sup>2</sup> presentes <non><sup>3</sup> erant discussio ac nova propositio eorundem in secundam Congregationem est delata.

[No election of Dean]

19 February 1536-37

Congregatione Facultatis in scolis eiusdem novis facta xix<sup>o</sup> Februarii anno etc. quo supra. Electi erant<sup>4</sup> in examinatores pro determinantibus examinandis magistri Thomas Wemis et Thomas Hill Collegii Sancti Salvatoris regentes, Andreas Kynnynmontht [Pedagogii] et Willelmus Kynnynmontht Collegii Divi Leonardi regentes.<sup>5</sup> Et pro intransibus temptandis electi sunt magistri Thomas Wemis Collegii Sancti Salvatoris regens, Walterus Fethy Pedagogii, David Guild et Andreas Boist regentes Divi Leonardi. Et in eadem Congregatione dissensio<sup>6</sup> facta est super electione M. Davidis Gardin instantis apud Facultatem pro eo ut asseruit erat regens intransium Collegii prefati Sancti Salvatoris, contra quem allegatum erat quod non erat regens gaudens privilegiis elegendi in temptatorem pro eo quod non erat de numero fundatorum quatuor regentium. Deceptionibus hinc inde allegatis conclusum erat quod non erat capax huiusmodi officii et finaliter electus erat M. Thomas Wemis pro dicto Collegio, reiecta supplicatione dicti M. Davidis. Determinantium receptio et intransium admissio Decano per Facultatem commissa. Et quia erat

<sup>1</sup> The new ordinary began in October, not November, and so this date is probably an error.

<sup>2</sup> Added in the margin.

<sup>3</sup> Added above the line.

<sup>4</sup> Twice written.

<sup>5</sup> *regens* in text.

<sup>6</sup> *dissensio* in text.

apparentia magni scismatis in campis super ablatione pile pedalis a Bedello a Decano confecte ad complendum multitudinem trium pilarum distribuendarum inter duo Collegia et in Pedagogyo in die Carnisprivii,<sup>1</sup> propterea quia multa mala provenerunt ex huiusmodi pilarum receptione a prefecto ville et ludo desuper sequente, ideo statuit Facultas quo ad eam spectat quod nulle pile a dicto prefecto aut ballivis nomine eiusdem recipiantur in futurum huiusmodi die Carnisprevii uti omne schisma in Universitate excludatur.

## 1536-1537

## Nomina Determinantium anni Domini 1536

fol. 167<sup>r</sup>*In Collegio Divi Leonardi*

Jacobus Wilkesone  
Cuthbertus Ker  
Thomas Suntar  
Willelmus Mwdye  
Johannes Macquhan  
Alexander Thomsone

*In Collegio Divi Leonardi*

Thomas Dowglas, dives  
Robertus Wynrayme  
Gilbertus Groitt  
Thomas Spaldyng  
David Foorett  
Andreas Suntar  
Thomas Flemyng

*In Collegio Divi Salvatoris*

Willelmus Seytone  
Jacobus Watson  
Archibaldus Boswall  
Michael Balfour  
Willelmus Ramsay  
Martinus Gedde  
Willelmus Robertone  
Jacobus Franche

*Collegii Sancti Salvatoris*

Dominus Alexander Wardlaw,  
rector Ballingree, non examinatus  
Johannes Philp, dives  
Willelmus Rait  
Robertus Nesbitt, non examinatus  
David Bell, similiter

## 1536-1537

Nomina Licenciatorum anni Domini 1536<sup>2</sup>fol. 167<sup>v</sup>

David Kyncragy, Collegio } in primo loco in  
Robertus Hammilton, Leonardi, non comparuit } circulo

M. David Gardyn, dives }  
Johannes Cwningame } Collegii }  
Jacobus Lewinston } } in 2<sup>o</sup> loco in circulo  
Thomas Ramsay }  
Willelmus Hepburn, Leonardi }  
Johannes Balfour, Collegii }

<sup>1</sup> *Carnisprevii* (Shrove Tuesday) in text, here and below. The Bursar paid viii d. for a football in this year's account (fol. 28<sup>v</sup>).

<sup>2</sup> It is clear from the Bursar's Book that the academic year is October 1536—October 1537 (fol. 28<sup>r</sup>).

Johannes Anstruder, Collegii	}	in 3 <sup>o</sup> loco in circulo
Johannes Leslye, Leonardi		
Andreas Beyton, Collegii		
Adamus Gordon, non comparuit		
Johannes Bowman	} Leonardi	} in 4 <sup>o</sup> loco in circulo
Jacobus Jonson		
Willelmus Wadderston	} Collegii	
M. Georgius Scot		
Alexander Chawmer	} Leonardi	} in 5 <sup>o</sup> loco in circulo
Johannes Ratray		
Georgeus Borthik, Collegii	} Collegii	
Paris Inglis, Leonardi		
Johannes Spens		
Robertus Corsbe	} Leonardi	
Alexander Ratray, Leonardi		
Thomas Keir, Leonardi	} Collegii	
Walterus Brucht		
Andreas Wilzamson		
Thomas Jong		
Thomas Bryde, Leonardi		
Robertus Gray, Collegii		
Thomas Stowp, Leonardi		
Jacobus Arnot, Collegii		

## 3 October 1537

Congregatione Facultatis in eiusdem novis scolis facta 3<sup>o</sup> Octobris 1537. Magister Thomas Wemis Collegii Sancti Salvatoris regens in quodlibetarium est electus ut moris est. Regentes in presentia Facultatis libros elegerunt. Determinantium receptio et eorum admissio Decano est commissa.

fol. 168<sup>r</sup>

NOVA ELECTIO VENERABILIS VIRI MAGISTRI MARTINI BALFOUR RECTORIS DE DENNEWOW AC CANONICI<sup>1</sup> COLLEGII SANCTI SALVATORIS IN DECANUM FACULTATIS ARTIUM SANCTI ANDREE FACTA TERCIO DIE MENSIS NOVEMBRIS ANNO DOMINI 1<sup>m</sup> V<sup>c</sup> XXXVII<sup>o</sup>.

## 3 November 1537

Congregatione Facultatis Arcium prefate Universitatis dicto die in Arcium novis scolis. Unanimi consensu omnium electus est in decanum prescriptus magister Martinus

<sup>1</sup> *canonicus* in text.

Balfour rector de Dennenno [et] magister Thomas Bradye in bursarium eiusdem, qui iuramentum prestitit de fideli administratione stante eo in eodem officio. Assessores electi ad assistendum Decano in concernentibus Facultatem. Electi erant M. Jacobus Straun<sup>1</sup> Rector dicte Universitatis canonicus Aberdonensis, M. noster [Johannes] Maior Prefectus Collegii Sancti Salvatoris, M. noster Petrus Capellanus canonicus eiusdem, magistri Malcolmus Hawero archidiaconus Shetlandie, Robertus Car rector de [     ],<sup>2</sup> Robertus Bannarman, David Gulde, Andreas Kynnynmond, Georgius Logye, Thomas Wemis, cum potestate convocandi alios, et hii electi per Facultatem una cum suppriore<sup>3</sup> et domino Thoma Cunnyngahme Principali Collegii Divi Leonardi ad decidendum occurrentia in Facultate.

10 November 1537

Die<sup>4</sup> decimo mensis Novembris anno Domini i<sup>m</sup> v<sup>e</sup> xxxvii<sup>o</sup> convenientibus venerabilibus et egregiis viris magistris et dominis pro commodo Universitatis ac Facultatis Artium, absente Rectore,<sup>5</sup> viz. magistro Martino Balfour rectore de Dennenno ac Decano Facultatis Artium, magistro nostro Johanne Maiore Prefecto Collegii Sancti Salvatoris, magistro nostro Petro Capellano rectore de Kempbak, dominis Johanne Wynrame suppriore Sancti-andree cenobii, Johanne Wannand canonico eiusdem, Thoma Cunnyngahme Principali Collegii Divi Leonardi, magistris Roberto Bannerman, Waltero Fethe, Thomas Wemis, Roberto Anderson, Alexandro Dick, Georgio Logye, Thoma Hill, Andrea Boyst, et diversis aliis deputatis per Facultatem desuper electis.

<sup>1</sup> James Strachan, a graduate of Aberdeen, was incorporated in St. Andrews in 1536. He returned to Aberdeen, and came back to St. Andrews, to be elected Rector, 29 February 1543-44. As one of the royal secretaries, in 1538 he was sent on a mission to Rome to promote the royal interests. (*Letters of James V*, 342-5; *Early Records*, xviii-xix).

<sup>2</sup> Robert Ker, vicar of Lindean, matriculated in 1532 (*Early Records*, 231).

<sup>3</sup> John Winram.

<sup>4</sup> This paragraph is indented.

<sup>5</sup> James Strachan.

Conclusum<sup>1</sup> erat quod ammodo inchoarentur responsiones in quodlibetis proximis die proxima feriali post festum Sancti Andree immediate futurum et terminabuntur more consueto in profesto Divi Thome<sup>2</sup> modo sequenti, quod interpolatis diebus infra primum diem inceptionis eorundem et ultimum terminationis diem inclusive fiant in toto septem responsiones quorum bachalarius primo respondebit primo die ante meridiem more responsionis in vico, Quodlibetario presidente<sup>3</sup> aliisque magistris opponentibus; aliis autem responsionibus <fiendis><sup>4</sup> per reliquos dies usque ad complementum quodlibetarum || quilibet responsalis respondeat ante meridiem more vacanciarum sub uno doctore presidente ordinate secundum etatem per reiterationem prout opus fuerit, cuius consilio responsalis dirigatur in omnibus ita quod contra quemlibet responsalem dominus Quodlibetarius et post eum quatuor aut quinque secundum quod visum fuerit presidenti proponant sua argumenta <et eadem prosequantur><sup>5</sup>. Et unus<sup>6</sup> eorum quem presidens voluerit deputare suum argumentum<sup>7</sup> contra responsalem prosequatur <primo et alii similiter prosequantur>.<sup>8</sup>

Post meridiem vero in illis diebus quibus sunt responsiones dabuntur quodlibeta volentibus interesse ita quod scomata sint jocunda salibus aspersa nullo pacto quemcumque taxancia ipsiusve famam. Et <ut><sup>9</sup> unusquisque alter alterius onera portet pro communi commodo ordinatum est quod in quolibet loco scilicet Collegio Divi Salvatoris Pedagogy ac Collegio<sup>10</sup> Sancti Leonardi sint duo responsales per primarios locorum et Decanum Facultatis Artium singulis annis nominandi ita quod ipsi per se in

<sup>1</sup> See *Statutes*, 45.

<sup>2</sup> The feast of St. Thomas the Apostle falls on 21 December. The Bursar's Book records payment of 40 sol. to the Quodlibetarius, Thomas Wemyss, for his labours at this time (fol. 29<sup>v</sup>).

<sup>3</sup> Altered from *respondente*.

<sup>4</sup> Above the line; altered from *factis*.

<sup>5</sup> Added in the margin to replace words which have been scored out, namely *contra vero similes solutiones per seipsos replicent*.

<sup>6</sup> *solum* scored out before *unus*.

<sup>7</sup> *sine argumentis* in *Statutes*, 45.

<sup>8</sup> Added in the margin.

<sup>9</sup> Added above the line.

<sup>10</sup> *Collegii* in text.

propria [persona] respondeant aut aliquos inveniant qui eorum vices suppleant, et ad hoc laboret Quodlibetarius postquam fuerit electus significando eiis<sup>1</sup> suisque presidentibus debito tempore. <Et supplentes sint magistri aut religiosi dumtaxat.><sup>2</sup>

1537-1538

Nomina Determinantium anni Domini millesimi 1537

*In Collegio Sancti Salvatoris*  
Andreas Mwdye

Alexander [Fwrde]<sup>3</sup>  
David Smytht

*In Collegio Divi Leonardi*  
Georgius Gaw  
Willelmus Jhonsone  
Robertus Blair  
Nicholaius Zhoung

*Collegii Divi Salvatoris*  
Archibaldus Betoun  
Jacobus Halyburnton  
Thomas Strang  
Thomas Ramsay  
David Gawe  
Johannes Garwen

*Secunda actus Divi Leonardi nomina*  
Johannes Cokburne  
Thomas Ogilwye  
Johannes Patersone  
Johannes Guthre

*Eiusdem Collegii*  
Johannes Wardlaw  
Willelmus Wisman  
Nicholaius Ramsay

11 March 1537-38

Congregatione Facultatis in novis eiusdem scolis facta fol. 160<sup>r</sup> undecimo mensis Marcii 1537. Electi per Facultatem erant examinatores ad determinantes examinandos<sup>4</sup> de Collegio Divi Salvatoris M. Thomas Hill, Collegii Divi Leonardi M. Georgius Logye, Pedagogii magistri Walterus Fethe ac <Andreas><sup>5</sup> Kynnynmontht. Et pro intrantibus temptandis eiusdem anni modo simili electi erant prefati Collegii Divi Salvatoris magistri Thomas Wemis, Alexander Dik, Collegii Divi Leonardi M. Willelmus Kynnynmontht, Pedagogii M. <Walterus Fethy><sup>6</sup>. Determinantes in eadem [Congregatione] admissi erant et intrantium admissio Decano commissa erat. In qua quidem Congregatione supplicatio facta fuerat per M. Johannem Hay rectorem de Tenyghame nomine

<sup>1</sup> Originally *eos*.

<sup>2</sup> In a darker ink, in which also letters have been touched up here and there throughout the minute.

<sup>3</sup> Supplied from list of licentiates (see below, p. 388).

<sup>4</sup> *electi erant* cancelled after *examinandos*.

<sup>5</sup> Above the line; altered from *Willelmus*.

<sup>6</sup> Added in a darker ink in a space left blank.

reverendissimi Sanctiandree ut cum Johanne Wardlaw bacchalaureo dispensaretur per Facultatem ut hoc anno poterat cum aliis intransibus ad gradum magisterii promoveri non obstante sua absentia ab Universitate spatio unius anni aut eo circiter. Que mature avisata desuper huiusmodi supplicationi cum moderationibus sequentibus annuebat, quod idem Johannes ex gracia reverendissimi Cancellarii Universitatis<sup>1</sup> ad effectum predictum admitteretur et quod statutis Facultatis in contrarium editis hac vice derogaretur absque eorum preiudicio in futuro, pro quo consensu idem Johannes sua benevolentia Facultati xl s. contribuebat pro omnibus preteritis que per Facultatem aut Bursarium Facultatis aut Universitatis poterant<sup>2</sup> exigi et in futurum cum aliis intransibus secundum quod decet solveret. Et ulterius erat per Facultatem conclusum ad tollendas insolentias annuas in huiusmodi Facultate per intrantes et licentiatos contingentes in die temptaminis, quod antequam <temptentur><sup>3</sup> annuatim temptatoribus bursario bedello ac presidenti ac alia singula solita realiter et cum effectu persolvant, alias non promoveantur et ad temptamen admittantur.

1537-1538

Nomina Licenciatorum 1537<sup>4</sup>*In Collegio Divi Salvatoris*

M. Johannes Wardlaw, dives  
 M. Andreas Mwdye, pauper  
 M. Willelmus Seytoun, pauper  
 M. Jacobus Watson, pauper  
 M. Archibaldus Boswell, pauper  
 Martinus Geddye, pauper  
 Willelmus Robertoun, pauper  
 M. Johannes Philp, dives  
 M. Willelmus Rait, pauper  
 M. Willelmus Ramsay, pauper  
 David Bell, pauper  
 M. Jacobus Franche

*In Collegio Divi Leonardi*

M. Thomas Dowglas, dives  
 Robertus Wynrayme, pauper  
 M. Gilbertus Groit, pauper  
 Thomas Spalding, pauper  
 Andreas Swntar, pauper  
 Jacobus Wilkye, pauper  
 Cuthbertus Kar, pauper  
 Wilelmus Mwdye, pauper  
 Johannes Buchcane, pauper  
 Alexander Thomson, pauper

<sup>1</sup> Archbishop James Beaton's intervention in politics diverted his attention from University affairs until his closing years. On 12 February 1537-38, he obtained a papal bull for the erection of St. Mary's College (*Evidence*, 358-9.)

<sup>2</sup> *poterat* in text.

<sup>3</sup> Written above the line, to replace two words (apparently *temptamen ingredientur*) which have been scraped out.

<sup>4</sup> It is clear from the Bursar's Book that the year is October 1537—October 1538 (fol. 29<sup>r</sup>).

NOVA ELECTIO VENERABILIS CIRCUMSPECTIQUE VIRI MAGISTRI fol. 169<sup>v</sup>  
 MARTINI BALFOUR RECTORIS DE DENNENNOW CANONICI  
 COLLEGII SANCTI SALVATORIS SANCTIANDREE IN FACULTATIS  
 ARCIUM DECANUM FACTA PRIMO<sup>1</sup> DIE MENSIS FEBRUARII  
 1538 CAUSANTE IMPEDIMENTO PESTIS PRETEXTU CUIUS DICTI  
 DECANI ELECTIO IN PREFATUM DIEM ERAT DELATA.<sup>2</sup>

1 February 1538-39

Congregatio Facultatis Artium Universitatis Sancti-  
 andree in eiusdem novis scholis die primo mensis Februarii  
 anno quo supra. Venerabilis vir magister Martinus Balfour  
 rector suprascriptus de Dennennow in Facultatis Artium  
 decanum nullo contradicente est electus ac modo simili  
 magister Thomas Bradye in eiusdem Facultatis Artium  
 bursarium est modo simili electus, qui iuramentum solito  
 more prestitit. Neenon ad assistendum dicto Decano pro  
 perficiendis negotiis Facultatis electi sunt <officiales><sup>3</sup>  
 magistri nostri Johannes Mair Prefectus Collegii Sancti  
 Salvatoris, Petrus Capellanus, dominus Thomas Cunnyng-  
 hayme Principalis Collegii Divi Leonardi, Robertus  
 Bannerman, David Gulde, Johannes Balfour vicarius de  
 Quhiltis, Walterus Fethe, Georgius Logye, Alexander Dik,  
 Thomas Hill, cum potestate convocandi alios.

1538-1539

Nomina Determinancium anni 1538

<i>Collegii Divi Leonardi</i>	
Johannes Lowis	Hugo Bontaverone
Alexander Atkin	Nigellus Makarhour
Walterus Andersone	Alexander Syme
Alexander Fowlar	
Robertus Glene	<i>Collegii Divi Leonardi</i>
Robertus Innes	Thomas Hammiltone
	Hugo Groit
<i>Collegii Divi Salvatoris</i>	
Walterus Balfour	<i>Collegii Sancti Salvatoris</i>
Patricius Barde	Johannes <sup>4</sup> Balwarde
Jacobus Wernys	David Russale

<sup>1</sup> Altered from *ultimo*.

<sup>2</sup> During the interval between this and the preceding Congregation, James V had married Mary of Lorraine in St. Andrews in June 1538.

<sup>3</sup> Added above the line; *sunt* appears to have been crossed out.

<sup>4</sup> *David* in list of licentiates (see below, p. 390) and in Matriculation Roll (*Early Records* 241).

10 *March* 1538-39fol. 170<sup>r</sup>

Congregatione Facultatis Artium in eiusdem novis scolis facta decimo die mensis Martii anno Domini i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> xxxviii<sup>o</sup>. Electi erant per Facultatem examinatores pro determinandis examinandis huius anni magister Andreas Kynnynmontht, M. Alexander Dik Collegii Sancti Salvatoris, David Guild et David Gardyne Collegii Leonardini. Et pro intrantibus electi similiter erant M. Thomas Hill Collegii Divi Salvatoris regens, magistri Andreas Kynnynmontht ac Walterus [Fethy] pro Pedagogio, et M. Georgius [Logy] pro Collegio<sup>1</sup> Divi Leonardi, qui respective erant ut preferretur electi pro intrantibus temptandis, quorum admissio erat Decano ut moris est commissa, et determinantes in presentia Facultatis admissi.

1538-1539

Nomina Licenciatorum anni 1538<sup>2</sup>

M. Jacobus Halyburntoun, dives	} in circulo
M. Johannes Cokburn, dives	
Thomas Strang, dives	
Willelmus Jhonsoun, pauper	
M. David Gawye, pauper	
M. Johannes Garwane, pauper	} in 2 <sup>o</sup> loco
M. Nicholaius Jhoung, pauper	
Johannes Guthre, pauper	} in 3 <sup>o</sup> loco
M. Nicholaius Ramsay, pauper	
Robertus Blair, pauper	
Gilbertus Hwide, pauper	} in ultimo loco
Alexander Fwrde, pauper	
Johannes Gwide, pauper	

3 *October* 1539

Congregatione Facultatis Artium in novis scolis Artium per Decanum facta die 3<sup>o</sup> mensis Octobris anno Domini

<sup>1</sup> *Collegii* in text.

<sup>2</sup> The names of Haliburton and Cokburn appear in the Bursar's audit of October 1539 (*Bursar's Book*, fol. 30<sup>r</sup>).

i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> xxxix<sup>o</sup>. Qua regentes suos legendos codices anno pro futuro ut moris est elegerunt. Decanus et Facultas unanimi voce M. Andream Kynnynmontht regentem Pedagogii in quodlibetarium modo simili elegerunt. Receptio et admissio determinantium Decano per Facultatem commissa est.

[*No election of Dean*]

26 February 1539-40

Congregatione Facultatis Artium Universitatis Sancti- andree die xxvi Februarii anno Domini i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> xxx nono in eiusdem novis scholis tenta. Electi erant per Decanum et Facultatem examinatores pro examinandis determinantibus anni instantis magistri Walterus Fethye Pedagogii seu Collegii Nostre Domine, Alexander Dik, Thomas Hill Collegii Divi Salvatoris ac David Gulde Divi Leonardi Collegii respective regentes. Et pro temptandis intrantibus huiusmodi anni elegebantur magistri Alexander Dik, Walterus Fethy, David Gardyn et Jacobus Wilke regentes [Sancti Salvatoris, Nostre Domine et] Divi Leonardi prescripti. In qua etiam Congregatione admissi erant determinantes per dictum Decanum. Admissio autem intrantium Decano sepefato per Facultatem commissa. Ulterius precedente supplicatione domini Cardinalis<sup>1</sup> cum Davide Chepman hoc anno determinante pro bonitate vite ac moribus ac ipsius doctrina per eandem Facultatem dispensatum erat ut instante anno ad gradum magisterii<sup>2</sup> cum aliis intrantibus eiusdem anni promoveretur solvendo eidem bursas regentibus, Bedello et aliis secundum quod potentes solvunt ac soliti sunt. Et ulterius satisfaciet Facultati pro huiusmodi dispensatione quinque marcas antequam ad temptamen admittetur.

<sup>1</sup> Archbishop James Beaton died on 14 February 1538-39. His nephew, Cardinal David Beaton, had been appointed coadjutor and successor in 1537 (Dowden, *Bishops*, 41.)

<sup>2</sup> *maisterii* in text.

1539-1540

## Nomina Determinantium anni 1539

*In Collegio Sancti Salvatoris*

Jacobus Hommiltone, senior, dives  
 Jacobus Hommilton, junior, dives  
 Willelmus Frasar, dives  
 Edwardus Ramsay, dives  
 Patricius Dunlop, dives  
 Andreas Spens, pauper

*Determinantium nomina primi actus Divi Leonardi*

Jacobus Kay, pauper  
 Alexander Tait, pauper  
 Robertus Wilkesson, pauper  
 Georgius Trumbull, pauper  
 Jacobus Walcar, pauper

*In 2° actu eiusdem Collegii*

Robertus Petkarne, dives  
 Robertus Mengheis, dives  
 Alexander Mortoun, pauper  
 David Seytoun, pauper  
 Jacobus Seytoun, pauper  
 Johannes Hutoun, pauper  
 Thomas Gilcrist, pauper

*2° actus nomina Divi Leonardi*

Thomas Scot, dives  
 Johannes Dischingtoun, dives  
 Archibaldus Lawmontht, dives  
 Willelmus Scot, dives  
 Johannes Inglis, pauper  
 Walterus Lesly, pauper  
 David Chepman, dives

*In 3° actu Collegii eiusdem*

Archibaldus Cokburn, vi s. et viii d.,  
 solvit

1539-1540

fol. 171<sup>r</sup>Nomina Licentiandorum anni Domini i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> xxxix<sup>1</sup>

M. Patricius Bard, dives	} in primo loco	M. David Russale	} in quarto loco
Alexander Syme		M. Hugo Groit	
M. Walterus Balfour		M. Robertus Glen	
Thomas Hammiltoun		M. Hugo Bontaverone	
M. David Chepman		M. Alexander Fowlar	
M. Jacobus Wemis	} in 2° loco	M. Nigellus M'Arthour	
Johannes Lewis			
Walterus Anderson			
M. David Balwarde			

4 October 1540

Congregatione Facultatis Arcium prefate Universitatis die quarto mensis Octobris 1540 in eiusdem novis scolis facta. Qua regentes respective collegiorum ut moris est codices pro anno futuro suis discipulis legendos in Facultatis presentia elegerunt. Et consensu unanimo Facultatis M. Johannes Scheill Collegii Divi Leonardi in quod-

<sup>1</sup> Altered from *i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> quadragesimi*. The Bursar's Book shows the session to be October 1539—October 1540 (fol. 31<sup>r</sup>).

<sup>2</sup> *sic*; but there is no third place.

libetarium est electus. Determinancium receptio et admissio Decano est commissa. In qua pro dirimendis<sup>1</sup> quibusdam concernentibus eandem Facultatem in eadem dicto die propositis in assessores electi erant magister noster Petrus Capellanus Collegii Sancti Salvatoris canonicus, dominus Alexander Zhoung Principalis Collegii Divi Leonardi, magistri David Gulde, Johannes Scheil, Alexander Dik et Robertus Anderson regentes respective Collegiorum Sancti Salvatoris et Leonardi.

NOVA<sup>2</sup> ELECTIO MAGISTRI MARTINI BALFOUR RECTORIS DE fol. 171<sup>v</sup>  
DENNYNOCHT CANONICI COLLEGII SANCTI SALVATORIS AC  
OFFI[CIA]LIS SANCTIANDREE PRINCIPALIS IN DECANUM FA-  
CULTATIS ARTIUM TERCIO DIE MENSIS NOVEMBRIS ANNO  
DOMINI I<sup>m</sup> V<sup>c</sup> QUADRAGESIMO <IN SCOLIS NOVIS EIUSDEM>.<sup>3</sup>

3 November 1540

Congregatione Facultatis Artium in eiusdem novis scholis facta dicto die tertio mensis Novembris anno quo supra. Suprascriptus venerabilis vir magister Martinus Balfour officialis Sanctiandree principalis rector de Dennynocht ac Collegii Sancti Salvatoris <canonicus><sup>4</sup> per Facultatem in decanum est electus et magister Thomas Brady in bursarii continuatus officio. Ante quam [Congregationem] Decanus requisivit quatuor regentes Collegii Sancti Salvatoris et tres Collegii Divi Leonardi magistros viz. Davidem Gardyn, Johannem Scheill et Jacobum Wilke <ut eidem interessent><sup>5</sup> qui non obstante suo rogatu contumaciter decesserunt in contemptu Facultatis quia non habuerunt sua desideria illicita. In quorum <contumacia><sup>6</sup> die statuto solito per Decanum ad eum eligendum<sup>7</sup> ut prefertur unanimi voce omnium est electus ipso reluctante prefatus M. Martinus.

<sup>1</sup> ? *dirigendis*.

<sup>2</sup> This paragraph is preceded by two and a half lines, which have been cancelled. They are the opening lines of the Congregation of 26 February 1539-40. Probably two pages had been turned together.

<sup>3</sup> Added later in thinner writing.

<sup>4</sup> Added above the line.

<sup>5</sup> Added in the margin.

<sup>6</sup> Added in the margin.

<sup>7</sup> *eligendi* in text.

1540-1541

## Nomina Determinantium anni 1540

*In Collegio Divi Salvatoris in  
primo actu*

Robertus Keitht  
 Johannes Douglas  
 Willelmus Balfour  
 Thomas Scrimgeour  
 Alexander Murray  
 Johannes Balfour  
 Jacobus Gawe

*In primo actu Collegii Divi  
Leonardi*

David Brydy  
 Johannes Scot  
 Jacobus Lamby  
 Jacobus Wrycht  
 Alexander Makke

*In 2º actu Collegii*

Robertus Scrimgeour  
 David Colyn  
 Andreas Boswell  
 Johannes Dromond

*In secundo actu eiusdem loci*

Willelmus Meldrum  
 Georgius Meldrum

7 March 1540-41

fol. 172r

Congregatione Facultatis Artium in eiusdem novis scolis tenta viiº Martii anno Domini quo supra. Electi erant per Facultatem concludente Decano examinatores ad examinandos determinantes anni prescripti magistri Walterus Fethy, Andreas Kynnynmontht pro Pedagogio, Thomas Zhoung et Johannes Scheill pro Collegiis Divi Salvatoris et Sancti Leonardi respective. Necnon pro temptandis intrantibus sepefati anni electi erant magistri Robertus Anderson et Thomas Zhoung regentes Divi Salvatoris, David Guild et Andreas Kynnynmontht. In quaquidem Congregatione admissi erant per Decanum determinantes,<sup>1</sup> iuramento per eos prestito in presentia Decani et Facultatis. Et intrantium admissio ut moris est Decano per Facultatem commissa. Et causante querela facta per M. Thomam Hill regentem Collegii Rectori pro eo quod iniuria erat sibi facta per Facultatem quod non eligebatur in temptatorem quia regens senior erat et non electus per Rectorem, Decanum et alios maiores Universitatis, concordia facta fuerat inter eundem M. Thomam Hill et prescriptum M. Thomam Zhoung, quod prefatus M. Thomas Hill esset admissus temptator ad temptandos intrantes anni

<sup>1</sup> Altered from *intrantes*.

instantis dumtaxat, et M. Thomas Zhoung faceret duas propositiones unam ante ingressum in cameris et aliam in die licencie intrantium. Et pecunia tota habenda jure tem[p]taminis et prefatarum duarum propositionum ab huiusmodi intrantibus presenti anno equaliter dividatur inter eos absque dolo et fraude tangente unum temptatorem seu jus unius temptatoris. Et pretextu huiusmodi concordie idem M. Thomas Hill per Decanum<sup>1</sup> huiusmodi officio temptatoris ad effectum predictum et non alias admissus et juratus.

1540-1541

Nomina Intrancium seu Licenciatorum 1540<sup>2</sup>

M. Jacobus Hammiltoun, in primo loco gratiose tamen dives

*Locati secundum rigorem examinis*

M. Guilermus Fraser, dives	}	in circulo et 2 <sup>o</sup> loco
Guilermus Scot, dives		
Johannes Dischingtoun, dives		
Edwardus Ramsay, dives		
Thomas Scot, dives		
M. Archibaldus Lawmontht, dives		
M. Patricius Dunlop, dives		
M. Robertus Menzheis, dives		
M. Thomas Gibsone, dives		

Archibaldus Cokburn, pauper	}	in 3 <sup>o</sup> loco et circulo
M. Walterus Leslie, pauper		
Alexander Mortoun, pauper		
M. Johannes Hutoun, pauper		
Jacobus Kay, pauper		
M. Andreas Spens, pauper		
Johannes Inglis, pauper		
Jacobus Seytoun, pauper		
M. Jacobus Walcar, pauper		
M. Thomas Gilcris, pauper		

David Seytoun, pauper  
Alexander Tait,<sup>3</sup> pauper

3 October 1541

Congregatione Facultatis in eiusdem novis scolis die fol. 172<sup>v</sup> tercio mensis Octobris 1541 ut moris est facta. Post

<sup>1</sup> per Decanum written again before *admissus*.

<sup>2</sup> This is the year October 1540—October 1541 in the Bursar's Book (fol. 32<sup>r</sup>).

<sup>3</sup> Altered from *Tayk*.

electionem librorum factam per regentes Collegiorum in Facultatis presentia eadem consensu unanimi M. Alexandrum Dik regentem Collegii Divi Salvatoris in quodlibetarium elegit, et determinancium admissio Decano commissa.

NOVA ELECTIO VENERABILIS VIRI MAGISTRI MARTINI BALFOUR COLLEGII SANCTI SALVATORIS CANONICI ET OFFICIALIS SANCTI ANDREE PRINCIPALIS IN DECANUM FACULTATIS ARTIUM PER FACULTATEM EIUSDEM PROPTER MOTIVA EANDEM MOVENTIA FACTA 3<sup>o</sup> NOVEMBRIS 1541.

3 November 1541

Congregatione Facultatis Artium in eiusdem<sup>1</sup> novis scolis die prefato. Unanimi consensu propter motiva varia Facultatem moventia venerabilem virum magistrum Martinum Balfour canonicum Collegii Sancti Salvatoris ac officialem Sanctiandree principalem in decanum elegerunt et M. Thomam Brady in bursarium continuarunt.

1541-1542

Nomina Determinancium anni eiusdem

<i>Nomina primi actus in Collegio Divi Leonardi</i>	Robertus Artht Johannes Makclayn Thomas Bowse
Willelmus Somerwaile Richardus Schoriswode Alexander Maxwell Willelmus Peirsonne Johannes Andersonne Jacobus Clerk Matheus Litstar	<i>Collegii praefati Divi Salvatoris</i> Jacobus Seytoun, solus
<i>2<sup>a</sup> actus<sup>2</sup> nomina in Collegio Divi Salvatoris</i>	<i>2<sup>a</sup> actus nomina Collegii Leonardini</i> Richardus Halden Robertus Lawmontht David Stirlyng Georgius Portwis Johannes Giffart Thomas Pate Milesius Graham Martinus Logye
Georgius Hepburne Thomas Mefiane Henricus Schaw Patricius Hepburn	

<sup>1</sup> *eiusdem* repeated in text after *scolis*.

<sup>2</sup> No *primus actus* of St. Salvator's is given.

## 2 March 1541-42

Congregatione Facultatis [Artium] in eiusdem novis fol. 173<sup>r</sup> scolis die secundo mensis Martii anno Domini quo supra. Per Facultatem concludente Decano electi erant examinatores ad examinandos determinantes anni prescripti M. Thomas Hill, M. Andreas Kynnynmontht, M. David Gardyn et M. Jacobus Wilkye. Et pro temptandis intrantibus per Facultatem electi erant magistri Robertus Bannerman, Walterus Fethye, Johannes Scheill et Thomas Zhoung. In quaquidem Congregatione per Decanum admissi erant determinantes<sup>1</sup> iuramento per eos prestito et recepto per Decanum. Et intrantium<sup>2</sup> admissio Decano per Facultatem ut moris est commissa.

## 1541-1542

Nomina Licenciatorum anni 1541<sup>3</sup>

<i>In primo loco</i>	M. Thomas Scrymgeour, pauper
M. Johannes Dowglas, rector de Newlandis	Jacobus Lamby, pauper <Martinus Logye, pauper Johannes Scott, pauper> <sup>4</sup>
<i>Locati secundum rigorem examinis</i>	
M. Georgius Meldrum, dives	Jacobus Wrycht, pauper
M. Alexander Murray, pauper	M. Andreas Boswell, pauper
M. Willelmus Meldrum, dives	Johannes Drummond, pauper Alexander Makky, pauper
M. Willelmus Balfour, pauper	M. David Colyne, pauper

## 5 October 1542

Congregatione Facultatis in eiusdem scolis novis quinto Octobris 1542. Electione facta per regentes ut moris est librorum suis discipulis respective legendorum, unanimi consensu Facultatis magister Walterus Fethe in quodlibetarium est electus Collegii Nostre Domine novi <regens>.<sup>5</sup> Et determinancium admissio Decano est commissa.

<sup>1</sup> *determinantes* written twice, and the first scored out.

<sup>2</sup> Altered from *determinantium*.

<sup>3</sup> This is the academic year 1541-1542 according to the Bursar's Book (fol. 33<sup>r</sup>).

<sup>4</sup> These names have been omitted and entered in the margin.

<sup>5</sup> Added in the margin.

fol. 173<sup>v</sup>

NOVA ELECTIO VENERABILIS VIRI MAGISTRI MARTINI BALFOUR  
CANONICI COLLEGII SANCTI SALVATORIS SANCTIANDREE REC-  
TORIS DE DENNYNNACH IN DECANUM FACULTATIS ARTIUM  
UNANIMI CONSENSU EIUSDEM XVIII<sup>o</sup> MENSIS NOVEMBRIS  
1542.

18 November 1542

Congregatione Facultatis Artium infra cepta Pedagogii  
seu Collegii Nostre Domine dicto die [tenta]. Consensu  
unanimi Facultatis electus est venerabilis vir magister  
Martinus Balfour suprascriptus in decanum eiusdem, et  
magister Thomas Brydy in bursarium eiusdem Facultatis,  
assessoribus prioribus nominatis continuatis.

1542-1543

## Nomina Determinantium 1542

<i>In Collegio Divi Leonardi</i>	Gilbertus M'Crauchtane
Kentigernus Murhed	
David Wallace	3 <sup>a</sup> actus nomina
Jacobus Sandelandis	Jacobus Ogilwy
Thomas Crenstoun	Willelmus Ramsay
Johannes Todrik	Willelmus Sanderis
Duncanus M'Clauchtin	
Andreas Wilsoun	2 <sup>a</sup> actus nomina Divi Leonardi
<i>In Collegio Divi Salvatoris</i>	David Arbuthnot
Alexander Seytoun	Willelmus Lundy
Jacobus Balfour, major	Edwardus Campbell
Jacobus Balfour, minor	Georgius Hackat
Alexander Traill	
Adamus Gibsoun	4 <sup>a</sup> actus nomina Collegii Divi Salvatoris
2 <sup>a</sup> actus nomina Collegii eiusdem	Andreas Stratoun
David Seytoun	Johannes Caswall
Jacobus Pattoun	
Alexander Drummond	<i>In Collegio Leonardi</i>
Adamus Marschell	Patricius Grahayme

12 February 1542-43

fol. 174<sup>r</sup>

Congregatione Facultatis Artium infra cepta Pedagogii  
seu Collegii Nostre Domine die xii<sup>o</sup> mensis Februarii 1542.  
Per Facultatem<sup>1</sup> concludente Decano eiusdem examinatores

<sup>1</sup> *Per Facultatem fuit* in text; but the verb is redundant, as *electi erant*  
has been added at the end of the sentence.

ad examinandos determinantes anni eiusdem magister Walterus Fethe, magistri Thomas Zhoung, Patricius Barde et David Gardyn <electi erant><sup>1</sup>. Et pro intrantibus temporandis magistri Walterus Balfour, Andreas Kynnynmontht, David Gulde et Jacobus Wilke. In qua quidem Congregatione determinantes per Decanum admissi erant juramento per eos in presentia Facultatis facto, et intrancium admissio Decano ut moris est commissa, prestitio<sup>2</sup> tamen per eos juramento in facie Facultati secundum quod cavetur in statutorum codice in qua communicatum erat de preveniendo tempore solito quo ad licenciandos statuto et de super in futurum<sup>3</sup> conclusio fieret per Vicecancellarium et Decanum Facultatis.

## 1542-1543

Nomina Licenciatorum 1542<sup>4</sup>

Richardus Haldane, dives  
 Robertus Lawmontht, dives  
 Thomas Meffane, pauper  
 Johannes Andersone, pauper  
 Jacobus Clerk, pauper  
 David Stirling, pauper  
 Henricus Schaw, pauper  
 Thomas Patye, pauper

Johannes Giffart, pauper  
 Alexander Maxwell, pauper  
 Patricius Hepburne, pauper  
 Robertus Arht, pauper  
 Johannes Balfour, pauper  
 Willelmus Peirsonne, pauper  
 Willelmus Somerwell, pauper

## 8 October 1543

Congregatione Facultatis infra cepta Collegii Nostre Domine seu Pedagogii viii die mensis Octobris 1543 <facta><sup>5</sup>. Regentes respective locorum libros legendos suis discipulis elegerunt ut moris est. Unanimes consensu Facultatis M. David Gardin regens Collegii Divi Leonardi in quodlibetarium est electus. Determinancium admissio Decano est commissa ut moris est.

<sup>1</sup> Added in the margin.

<sup>2</sup> *prestita* in text.

<sup>3</sup> *in futurum* written twice, the second time after *fieret*.

<sup>4</sup> This is the academic year 1542-1543 according to the Bursar's Book (fol. 34<sup>r</sup>).

<sup>5</sup> Added above the line.

[No election of Dean]

3 March 1543-44

fol. 174<sup>v</sup>

Congregatione Facultatis Artium facta infra cepta novi Collegii Nostre Domine die tercio mensis Martii anno 1543. Electi erant per Facultatem Decano concludente examinatores ad determinantes examinandos, in Collegio<sup>1</sup> Divi Salvatoris M. Andreas Spens, in Collegio Nostre Domine magister W. Fethe et M. Andreas Kynnynmontht, in Collegio Leonardino M. David Gulde. Et pro intrantibus temptandis electi erant in Collegiis prefatis respective magistri Patricius Barde, Walterus Balfour, David Gardin et Walterus Fethy, juramentis per eos ut moris est prestitis. Determinantes in presentia [Facultatis] erant admissi. Intrancium admissio Decano ut moris est commissa. In qua quidem Congregatione conclusum erat quod in futurum propositio pro cameris fieret in profesto seu vigilia Dominice Passionis<sup>2</sup> annue et feria quarta immediate sequente fieret actus solitus in die licencie per unum temptatorem sic quod huiusmodi actus licencie eo die terminetur ac ipsi intrantes eodem die sine ulteriori dilacione licencientur solito more et citius ad voluntatem Vicecancellarii temptamine tamen completo.

1543-1544

## Nomina Determinancium anni 1543

<i>Collegii Divi Leonardi primi actus nomina</i>	<i>2<sup>a</sup> actus nomina Collegii Leonardini</i>
Johannes Law	Georgius Lundye
Johannes Gudfallow	Jacobus Tempill
Andreas Henrisone	Adamus Pennycuik
	Walterus Thomsoun
<i>Collegii Sancti Salvatoris primi actus nomina</i>	<i>Nomina 2<sup>a</sup> actus Collegii Divi Salvatoris</i>
Patricius Gray	Dominus Jacobus Dowy
Johannes Petcarne	Jacobus Walcar
Johannes Spens	Johannes Hutsoun
Alexander Manderstoun	Patricius Drummond

<sup>1</sup> in Collegio written twice, and the second scored out.

<sup>2</sup> Passion Sunday, fifth Sunday in Lent. The reference might conceivably be to the Vigil of Our Lord's Passion (i.e. Good Friday), but this would throw the act of licence into Holy Week.

1543-1544

Nomina Licentiatorum anni 1543<sup>1</sup>fol. 175<sup>r</sup>

M. Willelmus Lundy, dives	} in primo loco
Alexander Seytoun, dives	
M. Eduardus Campell, dives	
M. David Arbutnot, dives	
M. Jacobus Balfour, dives	
Willelmus Ramsay, dives	} in 2 <sup>o</sup> loco
M. Georgius Hackat, pauper	
Jacobus Ogilwy, dives	
M. Patricius Grahayme, pauper	
M. Thomas Cranstoun, pauper	
M. Andreas Wilson, pauper	
M. Jacobus Sandelandis, pauper	
M. David Wallace, pauper	
M. Duncanus M'Clauchtane, pauper	
Johannes Todryk, pauper	
M. Adamus Gibsone, pauper	} in 3 <sup>o</sup> loco
M. Thomas Bowse, pauper	
Alexander Drummond, pauper	
M. Gilbertus M'Crakane, pauper	
M. Willelmus Sanderis, pauper	
M. Adamus Marschel, pauper	

3 October 1544

Congregatione Facultatis infra cepta Collegii Nostre Domine Pedagogii 3<sup>o</sup> die mensis Octobris anno Domini i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> xliiii<sup>o</sup> tenta. Regentes Collegiorum respective libros per eos legendos suis discipulis elegerunt. Consensu unanimi omnium inibi existencium M. Patricius Bard Collegii<sup>2</sup> Divi Salvatoris in quodlibetarium est electus. Determinancium admissio Decano est commissa.

1544-1545

Nomina Determinancium anni Domini etc. xliiii<sup>3</sup>fol. 175<sup>v</sup>*Collegii Divi Leonardi*

Georgius<sup>4</sup> Dugles  
Nigellus M'Arthour  
Guil[el]mus Lauder  
Georgius Freir  
Thomas Vynrame  
Guilelmus Hunter

*Collegii Divi Salvatoris*

Thomas Archibald  
Alexander Ballingall  
Malcomus M'Collow  
Alexander Mayr

<sup>1</sup> This is the academic year 1543-1544 in the Bursar's Book (fol. 34<sup>v</sup>).

<sup>2</sup> *Collegii* written again after *Divi Salvatoris*.

<sup>3</sup> These lists are preceded by those of 1547 (see below). The whole page has been written up at a later date, and is no longer in the hand of Martin Balfour, though he may have kept minutes from which these later entries were made.

<sup>4</sup> Altered from *Johannes*.

1544-1545

Nomina Licenciatorum anni predicti xliiii<sup>1</sup>

M. Jacobus Tempyll, dives  
 Johannes Petcarne, dives  
 Johannes Caswell, pauper  
 Dominus Jacobus Dowye, pauper

Patricius Drummond, pauper  
 Johannes Makclayne, pauper  
 Jacobus Walcar, pauper

1547-1548 [?]

Nomina intrantium in Collegio Leonardino  
 anni Domini 1547<sup>2</sup>

M. Jacobus Lermonth  
 M. Joannes Manderstoun  
 M. Thomas Balfour

M. Thomas Fermour  
 M. Guilielmus Layng<sup>3</sup>

fol. 176<sup>r</sup>LIBER CONCLUSIONUM UNIVERSITATIS SANCTIANDREE<sup>4</sup>[JOHN BALFOUR, *Dean*]

3 November 1551

Congregatione Facultatis Artium in novis scolis Collegii Nostre Domine<sup>5</sup> facta tercio die mensis Novembris anno Domini millesimo v<sup>o</sup> quinquagesimo primo. De unanimi consensu Facultatis predicte electus est magister Joannes Balfour vicarius de Quhiltis in decanum et magister Joannes Forhous in bursarium, assessoribus prioris Decani<sup>6</sup> continuatis.

<sup>1</sup> Presumably the academic year 1544-1545, but the Bursar's accounts are discontinued at this juncture.

<sup>2</sup> Written at the top of the page, preceding the lists of 1544; above the heading is written in a thin hand *In loco Leonardi baculaurei 6; in Collegio Salvatoris 5; in Pedagogio 4.*

<sup>3</sup> There follows a gap in the records until 1551, but two Bursar's accounts were rendered during this period. The first was rendered by Walter Fethy, Dean of the Faculty of Arts and Bursar, covering the years, 30 October 1544—26 December 1549: given in the room of the Rector, Mr John Spittale, Provost of St. Mary in the Fields, the auditors being John Lawmontht, John Scheile and Alexander Dick. The second was rendered on 24 February 1550-51, again by Walter Fethy, Dean and Bursar, in his room, with Alexander Dick, James Wilkie and John Scheile as auditors (*Bursar's Book*, fols. 39<sup>v</sup>, 40<sup>r</sup>). There are no names of students.

<sup>4</sup> These words are written in the same hand as wrote the similar heading on fol. 1<sup>r</sup>.

<sup>5</sup> *Nostri Domini* in text.

<sup>6</sup> *Dicani* in text.

1551-1552

Nomina Bachalaureorum anno Domini m<sup>o</sup> v<sup>c</sup> li<sup>o</sup>Robertus Maxwell  
Alexander Muir  
Joannes ButtillJoannes Wyr  
Guillelmus Clerke<sup>1</sup>

1552-1553

Nomina Bachalariorum anno Domini m<sup>o</sup> v<sup>to</sup> lii<sup>o</sup>

Thomas Benston

Jacobus Kyrcaldye

[JOHN BALFOUR, *Dean*]

25 August 1553

Nomina Bachalareorum anno Domini 1553, 25 Augusti

Magister Joannes Balfour sacrarum litterarum baccalaureus et Facultatis Artium Decanus subscriptos astrinxit juramento quod solet prestari a futuris baccalaureis proxime post determinantias, qui omnes tacto sacro evangelio affirmarunt se observaturos ea omnia que continentur in forma juramenti proposita illis per dictum dominum Decanum, et hoc factum est scholis Divi Salvatoris.

Edmundus Hay  
Jacobus Hering  
Jacobus Rwl  
Joannes Dalglesche  
Petrus HayThomas Forrett  
Georgius Manderston  
Gualterus Smetoun  
Ricardus Balfour

Preter dictos sunt duo qui assequuti sunt gradum baccalaureatus in Academia Glasguensi ut nobis legitime facta est fides per litteras eorum qui praesunt dicte Academie et illius qui eos ibidem docuit. Dictorum duorum magistrorum [*sic*] nomina sunt.

Robertus Cwnynghame

Henricus Gibson<sup>2</sup>

1553

Nomina Magistrorum anno Domini 1553<sup>3</sup>M. Robertus Maxwell  
M. Guillelmus Clerk

M. Joannes Buthill

<sup>1</sup> The name *Jacobus Graham* has been scored out at the end of the list.<sup>2</sup> They were incorporated at Glasgow in 1549-1550 (*Munimenta*, ii, 170). There was no cessation of studies at Glasgow.<sup>3</sup> This list is entered at the bottom of folio 175<sup>v</sup>. Folio 176<sup>v</sup> is blank.

8 November 1553

Comitiis Facultatis Artium habitis apud Pedagogium in scholis Mariani Collegii die octavo mensis Novembris anno Domini 1553 pro electione Decani et Bursarii. Quo die per Facultatem Artium creatus est magister David Guild Decanus Facultatis eiusdem,<sup>1</sup> nulla interim mentione de Bursario facta. Sed per primores singulorum trium Collegiorum assignati sunt libri presertim Aristotelici omnibus studentibus prelegendi.

12 February 1553-54

Comitiis Facultatis Artium habitis apud Pedagogium in scholis Mariani Collegii die 12 mensis Martii<sup>2</sup> anno Domini 1553. Quo die per Facultatem Artium concludente Decano eiusdem imprimis electi sunt examinatores determinantium magistri Joannes Forus, Robertus Maxwell, Joannes Monrow, qui eciam tentarunt pauculos illos eiusdem anni intrantes, ipsis tamen examinadoribus juramento (ut moris est) utrinque adactis. <In><sup>3</sup> quibus eciam comitiis per Decanum admissi sunt, primo determinantes, deinde et intrantes, quos (ut moris est) juramento eciam adegit Decanus ad ea omnia suum concernentia gradum inviolab[il]iter observanda secundum rigorem statutorum. Nec ullas quidem potatiunculas aut ullam familiaritatem habeant cum suis temptatoribus tempore temptaminis durante.

1553-1554

Nomina Determinantium<sup>4</sup>

Thomas Drummonth  
 Joannes Scott  
 Joannes Dischynthoun, pauper

Jacobus Kyllpoint  
 Georgius Manderstoun

<sup>1</sup> Altered from *Artium*.

<sup>2</sup> Probably a mistake for 12 February, which was the statutory date.

<sup>3</sup> Added above the line.

<sup>4</sup> In the margin: 1553. The lists of determinants and intrants are written in parallel columns.

1553-1554

## Nomina Intransium

Robertus Cwynynghame, pauper  
Jacobus Kyrkaldy, pauper

Henricus Gibsoun, pauper  
Thomas Beyngstone

19 October 1554

Comitiis Facultatis Artium habitis apud Pedagogium in scholis Mariani Collegii die 19 mensis Octobris anno Domini 1554 <pro assignandis libris et auditoribus computi ipsius Bursarii><sup>1</sup>. Assignati sunt libri presertim Aristotelici omnibus studentibus prelegendi per primores<sup>2</sup> singulorum trium Collegiorum. Ad hoc delecti sunt auditores computi Bursarii (ut vocatur) magistri Jacobus Wilke, Robertus Andersone, Alexander Allerdess, Joannes Monroo, qui adsint auxilio et consilio domino Decano Facultatis Artium in omnibus et singulis Facultatem hanc concernentibus sub pena in statutis contenta.

MAGISTER DAVID GUILD DECANUS APUD DENENNACH RECTOR fol. 177<sup>v</sup>

3 November 1554

Comitiis Facultatis Artium habitis apud Pedagogium in scholis Mariani Collegii die tertio mensis Novembris anno Domini 1554. Venerabilis vir magister David [Guild] creatus est Decanus Facultatis Artium uno omnium consensu nemine contradicente. Et magister Joannes Forus continuatur Bursarius eiusdem Facultatis.

6 March 1554-55

Comitiis Facultatis Artium habitis apud Pedagogium in scholis Mariani Collegii die sexto mensis Martii anno Domini 1554. Quo die per Facultatem Artium concludente Decano eiusdem imprimis electi sunt examinatores determinantium M. Robertus Anderson, M. Jacobus Wilke, M. Alexander Allerdess, magister Joannes Monroo. Deinde pro intransibus examinandis eliguntur M. Robertus Andersone, M. Alexander Allerdess, M. Joannes Rowane, M. Willelmus

<sup>1</sup> Added in the margin.<sup>2</sup> For the new phraseology, see above, pp. lxiii-lxiv.

Clerk, <consentiente Decano><sup>1</sup>, singulorum juramentis ut moris est prestitis nullam familiaritatem habere cum studentibus tempore temptaminis. Et deinde determinantibus pariter et intrantibus singulis juramento adactis ad omnia et singula suum gradum concernentia observanda secundum tenorem statutuorum neque ullas potatiunculas<sup>2</sup> aut familiaritatem aliquam habeant [*sic*] cum suis examinatorebus tempore tentaminis durante. Quo die eciam electus est Bursarius M. Thomas Mylis unanimi consensu nullo contradicente.

1554-1555

## Nomina Determinantium anno Domini 1554

*In Collegio Divi Salvatoris*

Joannes Dawgles, potens  
 Ricardus Balfour  
 Thomas Forrett, potens  
 Joannes Hammyl, potens  
 Andreas Mersour, potens  
 Jacobus Boyde, potens  
 Archibaldus Cummyng, potens  
 Guilielmus Crichtone

*In Collegio Divi Leonardi*

David Collace  
 Joannes Montheth  
 Alexander Spens  
 Robertus Colwill

*In Collegio Mariano*

Alexander Arbuthnot  
 Joannes Dowglas, potens  
 Alexander Colwyne, potens

1554-1555

Nomina Licenciatorum anno Domini 1554<sup>3</sup>*Ex Collegio Salvatoris*

Thomas Forrett, potens  
 Joannes Dagleis, potens  
 Ricardus Balfour

Thomas Drummont

*Ex Pedagogio*

Georgius Dowglas

*E[x] loco Leonardi*

Joannes Disceyntoun  
 Jacobus Kylpount

10 October 1555

fol. 178<sup>r</sup> Comitii<sup>4</sup> Facultatis Artium habitis apud Pedagogium in scholis Mariani Collegii die decimo mensis Octobris anno Domini 1555. Assignati sunt libri presertim Aristotelici omnibus huius Universitatis studentibus prelegendi per

<sup>1</sup> In the margin. This phrase, *consentiente Decano*, appears twice in the margin.

<sup>2</sup> *ad* cancelled before *ullas*.

<sup>3</sup> Some of these names come into the Bursar's account of October 1554—October 1555 (*Bursar's Book*, fol. 41<sup>v</sup>).

<sup>4</sup> There is a pointer in the margin opposite this minute.

primores singulorum trium Collegiorum. Ad hoc delati sunt ex multis auditores computi communis Questoris seu Bursarii una cum Decano magistri Jacobus Vilke, Robertus Andersone, Thomas Drummont, Guilielmus Clerk, qui adsint et consilio et auxilio domino Decano Facultatis Artium in omnibus et singulis Facultatem concernentibus sub pena in statutis contenta.

MAGISTER DAVID GUILD DECANUS APUD DENENNATH RECTOR

*7 November 1555*

Comitiis Facultatis Artium habitis apud Pedagogium in scholis Mariani Collegii die septimo mensis Novembris anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, viri principes Facultatis magistrum Davidem Guild etiam absentem crearunt Decanum Facultatis Artium uno omnium consensu nemine contradicente; quo tempore continuatur eciam communis Questor seu Bursarius magister Thomas Mylis.

*15 February 1555-56*

Comitiis Facultatis Artium habitis apud Pedagogium in scholis Mariani Collegii die decimo quinto mensis Februarii anno Domini i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> quinquagesimo quinto. Quo die per Facultatem Artium concludente Decano eiusdem delecti sunt examinatores determinantium magistri Robertus Andersone, Joannes Rowane, Guilielmus Clerk et Ninianus Dawzell. Deinde pro intrantibus examinandis eliguntur magistri Jacobus Wylke, Jacobus Kylpont, Thomas Drummont et Edmundus Haye, singulorum tam studentium quam regentium juramentis prout moris est prestitis presertim regentium <promittentium><sup>1</sup> se nullam habituros familiaritatem cum studentibus tempore tentaminis. Deinde determinantibus pariter et intrantibus singulis juramento adactis ad omnia et singula suum gradum concernentia observanda secundum tenorem statutorum neque ulla potatiunculas aut familiaritatem aliquam habeant cum suis examinadoribus tempore tentaminis durante.

<sup>1</sup> Added above the line.

1555-1556

fol. 178<sup>v</sup>Nomina Determinantium anno 1555<sup>1</sup>*In Collegio Salvatoris*<sup>2</sup>

Matheus Gall, pauper  
 Joannes Jonstone, pauper  
 Adamus Jonstone, pauper  
 Jacobus Balfour, pauper  
 Joannes Lermontht, pauper  
 Donaldus Davesone, potens  
 David Dischyntone, potens

*Nomina Baccalaureorum in  
 Collegio Mariano*

Robertus Hammylton, potens  
 Jacobus Melweill, pauper  
 Robertus Hammylton, pauper  
 Robertus Hammylton, pauper

Archibaldus Hammylton, potens  
 Guilielmus Carnegy, potens  
 Robertus Carnegy, potens

*Nomina Baccalaureorum in  
 Collegio Leonardi*

Jacobus Hammylton, potens  
 Robertus Hammylton, potens  
 Thomas Craig, potens  
 Joannes Scherpe, pauper  
 Joannes Keyne, pauper  
 Joannes Robertsone, pauper  
 Jacobus Dowglas, pauper  
 Wilielmus Rynd, pauper

19 October 1556

〈Numerus capparum et caputiorum anno 1556〉.<sup>3</sup>

Decimo nono Octobris anno Domini 1556 quatuor fuerunt cappe Universitatis et novem decim caputia rubea (M. Davide Guild Decano Facultatis Artium existente) conclusa in communi cista.<sup>4</sup>

1555-1556

fol. 179<sup>r</sup>Nomina intrancium anno Domini 1555<sup>5</sup>*In Collegio Divi Salvatoris*

Jacobus Boyde  
 Archibaldus Cummyng  
 David Dischyntone  
 Joannes Hammyll  
 Guilielmus Creychtone

*Nomina Intrantium in Collegio  
 Mariano*

Alexander Colwyne  
 Joannes Dowglas  
 Guilielmus Carnegy

Robertus Carnegy  
 Alexander Arbuthnot  
 Hugo Dowglas  
 Joannes Scott

*Nomina Intrantium in Collegio  
 Divi Leonardi*

David Colless  
 Alexander Spens  
 Joannes Montheth  
 Robertus Collwyne  
 Joannes MacCuane

<sup>1</sup> The list was begun at the bottom of the preceding page, was discontinued, and the entire list written on a fresh page.

<sup>2</sup> The phrase *in primis* stands at the head of the list.

<sup>3</sup> Written in the margin.

<sup>4</sup> A small letter *a* stands at the end of this note.

<sup>5</sup> Followed by the words *In primis*. The Bursar's Book shows that it is the session 1555-1556 (fol. 42<sup>v</sup>).

10 *October* 1556

Comitiis<sup>1</sup> Facultatis Artium habitis apud Pedagogium in scholis Mariani Collegii die decimo mensis Octobris anno Domini 1556. Assignati sunt libri presertim Aristotelici omnibus trium Collegiorum studentibus prelegendi per primores singulorum trium Collegiorum. Ad hoc in eisdem comitiis electi sunt ex singulis quatuor nationibus viri quatuor circumspecti auditores computi communis Questoris sive Bursarii, magistri scilicet Jacobus Wilke, Guilielmus Clerk, Edmondus Haye et Ninianus Dawzell, qui cum Decano Facultatis Artium una adsint consilio et auxilio in omnibus et singulis Facultatem Artium concernentibus sub pena in statutis contenta.

MAGISTER DAVID GUILD DECANUS APUD DENNENNACH fol. 179<sup>v</sup>  
RECTOR

16 *November* 1556

Decimo sexto mensis Novembris anno Domini 1556<sup>2</sup> comitiis Facultatis Artium habitis apud Pedagogium in scholis Mariani Collegii viri principes eiusdem Facultatis unanimi consensu continuarunt venerabilem virum magistrum Davidem Guild Decanum Facultatis Artium, canonicum ecclesie collegiate Sancti Salvatoris. Quo tempore etiam continuatur communis Questor sive Bursarius magister Thomas Mylis in officio Receptoris communis.

3 *March* 1556-57

Comitiis Facultatis Artium habitis in scholis Mariani Collegii apud Pedagogium die tertio Martii anno Domini m<sup>mo</sup> quingentesimo quinquagesimo sexto. Quo die per Facultatem Artium concludente Decano eiusdem delecti sunt examinatores determinantium<sup>3</sup> magistri Jacobus Wilke, Jacobus Kypount, Thomas Drummonth, Edmundus Hay. Deinde pro intransibus examinandis eleguntur magistri Johannes Rudderfurd, Alexander Arbuthnot<sup>4</sup>, Robertus

<sup>1</sup> There is a pointer in the margin opposite this minute.

<sup>2</sup> *M 566* in text.

<sup>3</sup> Altered from *intransium*.

<sup>4</sup> Afterwards Principal of King's College, Aberdeen.

Andersone, Guilielmus Clerk. Singulorum tam regentium quam studentium juramentis de more prestitis, imprimis regentium promittentium se nullam habituros familiaritatem cum studentibus tempore tentaminis. Deinde determinantibus pariter et intrantibus singulis juramento adactis ad omnia et singula suum gradum concernentia observanda secundum tenorem statutorum neque ulla potatiunculas aut familiaritatem aliquam habeant cum suis examinadoribus durante tempore tentaminis.

1556-1557

Nomina Determinantium omnium trium Collegiorum  
anno Domini 1556.<sup>1</sup>

*In Collegio Salvatoris*

Guilielmus Mortoun, potens  
Robertus Schrymgeour, potens  
Lochlanus M'Cleyne, potens  
Thomas Smetone, pauper  
Petrus Quhyte, pauper  
Patricius Creycht, pauper  
Laurentius Ballantane, pauper  
Jacobus Wyncister, pauper

Archebaldus Hammylton, potens  
Patricius Constand, pauper  
Robertus Flescher, pauper  
David Wod, pauper  
Jacobus Hammylton, potens

*In Collegio Mariano*

Thomas Lewynstone, pauper  
Jacobus Hammylton, potens

*In Collegio Leonardi*

Georgius Nicholson  
Michael Edmiston  
Thomas Ballantyne  
Alexander Cowstone  
Robertus Wyrnhem

} pauperes  
omnes

7 April 1557

Nomina Licenciatorum seu intrantium anno Domini  
1557 Aprilis septimo

M. Robertus Hammylton de Orbiston	}	in primo loco et in circulo
M. Robertus Hammylton de Ardoich		
M. Robertus Hammylton de Hammylton		
M. Matheus Gawe		
M. Jacobus Balfour		
M. Jacobus Hammylton de Preston		
M. Guilielmus Rynd		
M. Joannes Scharpe	}	in secundo loco sive circulo
M. Joannes Robertstone		
M. Joannes Leirmont		
M. Jacobus Hammylton		
M. Andreas Logane		
M. Robertus Hammylton de Prestone	}	in tertio loco et circulo
M. Guilielmus Bayne		
M. Joannes Keyne		
M. Ninianus M'Callzone		

<sup>1</sup> Arranged in three parallel columns.

19 October 1557

Comitiis<sup>1</sup> Facultatis Artium habitis apud Pedagogium in scholis Mariani Collegii die decimo nono mensis Octobris anno Domini i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> lvii. Assignati sunt per primores omnium et singulorum trium Collegiorum libri presertim Aristotelici omnibus Facultatis Artium studentibus prelegeni. Ad hoc in eisdem Comitiis electi sunt ex singulis quatuor nationibus viri quatuor circumscripti tamquam assessores qui adsint Decano Facultatis Artium presentes recepturo rationem sive calculum communis Questoris sive Bursarii Universitatis nostre Sanctiandree, magistri scilicet Jacobus Wilke, Johannes Ruderfurd, Edmundus Hay, Thomas Drummonth, ut adsint unquam presentes Decano predicto consilio et auxilio in omnibus et singulis negotiis Facultatis Artium concernentibus sub pena in statutis contenta.

ACTA HONESTI VIRI MAGISTRI JOHANNIS RUTHERFURDE PHILO- fol. 180<sup>v</sup>  
SOPHIE ET HUMANIORUM<sup>2</sup> LITERARUM PUBLICI PROFESSORIS  
<IN GYMNASIO MARIANO><sup>3</sup>

4 November 1557

Comitiis indictis apud Gymnasium Marianum per magistrum Davidem Gulde pro tempore Decanum quarto Novembris anno Domini i<sup>m</sup> v<sup>c</sup> quinquagesimo septimo pro novo Decano et Questore elegendis. In quibus unanimi omnium preceptorum consensu duobus exceptis in decanum electus est magister Johannes Rutherfurde<sup>4</sup> et in quaestorem magister Jacobus Kilponte. Duo autem illi qui suffragia sua magistro Johanni Rutherfurde negaverunt non nisi a sacerdote nec solere hoc geri decani munus <nec posse><sup>5</sup>.

<sup>1</sup> There is a pointer in the margin opposite this minute.

<sup>2</sup> *humaniarum* in text.

<sup>3</sup> Added in Rutherfurd's hand.

<sup>4</sup> He had studied at the Universities of Bordeaux, Coimbra and Paris (*Innes Review*, ix, 140; McCrie, *Melville*, ii, 367-71).

<sup>5</sup> Added in the margin. The sentence is elliptic. The two who denied their vote to Rutherfurd [said that] the office of Dean could not be held unless by a priest.

Verum caeteris praeceptoribus inepta visa est obiectio ac denuo magistrum Johannem Rutherforde Decanum pronunciarunt et libros ac monumenta publica Facultatis ei tradi a magistro Davide Gulde defuncto Decano <decreverunt>.<sup>1</sup> Idem magister tamen David ac si non opus fuisset juramento in receptione Decani aut Questoris tradi<sup>2</sup> libros discessit. Sic soluta sunt comitia illo die.

8 and 10 November 1557

Octavo die mensis Novembris anno Domini etc. lviii praeceptores Facultatis Artium questi sunt apud Rectorem<sup>3</sup> de magistro Davide Gulde quod secundum eorum suffragationes et statuta Universitatis non admiserit <ad><sup>4</sup> juramenti formulam magistrum Johannem Rutherforde in decanum et libros ac monumenta publica eidem non tradiderit. Propterea dominus Rector omnes suos convocavit assessores x<sup>mo</sup> Novembris anno et mense quibus supra. Coram quibus per magistrum Gulielmum Cranstoun et dictum magistrum Johannem Rutherforde longa disceptatione causa est agitata, in qua duobus capitibus dictus magister Willelmus Cranstoun<sup>5</sup> nixus est ostendere dictum magistrum Johannem Rutherforde ineptum huic Decani officio, quorum primum erat quod non fuit sacerdos, secundum quod fuit || regens ut loquantur actu; sed quoniam neutrum requiri ex statutis doceri potuit imo et secundum falsum notum esset, ex consilio et deliberatione assessorum dominus Rector decretum tulit in hanc formam que sequitur.

Quo die dominus Rector assessores suos in scholis monasterii Sancti Andree convocavit ubi exposuit querelam praeceptorum Collegiorum Mariani et Leonardini adversus venerabilem virum magistrum Davidem Gulde de Dunin-

<sup>1</sup> Added above the line.

<sup>2</sup> Originally *traditurum se*.

<sup>3</sup> John Douglas, Provost of St. Mary's College.

<sup>4</sup> Added above the line.

<sup>5</sup> William Cranston, who succeeded Balfour as Provost of St. Salvator's, was a Doctor of Theology of Paris, incorporated in St. Andrews in 1551. (*Early Records*, 254.)

nacht rectorem ac praeclare Artium Facultatis Decanum nuper defunctum. Asserebant enim dicti praeceptores magistrum Johannem Rutherford publicum in Gymnasio Mariano Philosophiae professorem<sup>1</sup> in comitiis generalibus dictae Facultatis in scholis Marianis die quarta huius instantis Novembris celebratis rite et canonice electum fuisse in decanum Facultatis Artium, magistrum tamen Davidem noluisse dictum magistrum Johannem ad iuramentum fidelitatis ut in huiusmodi comitiis fieri solet admittere eidemque monumenta sui officii nempe libros in quibus res gestae et statuta Facultatis etc. continentur denegasse. Post quam querelae expositionem, rationibus contendendum in medium adductis hinc inde agitatis rimatis ponderatis et ad plenum discussis, dominus Rector ex matura deliberatione suorum assessorum et pluralitate suffragiorum animadversa decrevit statuit et conclusit dictum magistrum Johannem Rutherford rite et canonice electum fuisse eundemque debere officio decanatus hoc anno sequente fungi obiectis in contrarium non obstantibus, ni mirum quod non fuerit presbyter et quod nunc actu sit preceptor in Collegio Mariano. Et ex consequenti eundem ad iuramentum fidelitatis in hac administratione sui officii admittendum esse librosque illi dandos seu reddendos.

15, 21 and 23 November 1557

Secundum cuius decreti tenorem ad iuramentum est receptus in Gymnasio Mariano xv<sup>to</sup> Novembris presentibus eisdem preceptoribus qui eum elegerunt, <et assessores ad controversias dirimendas elegerunt dominum Rectorem, magistrum nostrum dominum Johannem Wynrem, magistrum Willelmum Cranston, dominum David Guthre tertium priorem, dominum Simonem Symson, dominum Johannem Dunkeson Primarium Gymnasii Leonardini, magistrum Patricium Cokburn><sup>2</sup>. Atque xxi<sup>mo</sup> Decanus Facultatis per Statorem (ut vocant) publicum sive bedellum singula gymnasia ex more et consuetudine ad discipulorum

<sup>1</sup> Altered from *praeceptorem*.

<sup>2</sup> Added in a different ink in a space left blank. The names from *David Guthrie* to *Cokburn* have had to be inserted in the margin.

examinationes admonere curavit. Et xxiii <mensis predicti><sup>1</sup> Salvatorianos praeceptores ut vel ipsi suos discipulos examinationi subjicerent<sup>2</sup> vel unacum Decano ad examinandos Leonardinos irent; utrumque tamen recusarent ac Decanus cum Marianis preceptoribus officio suo hac in re non defuit. Eodem enim die Gymnasium Leonardinum adivit et discipulos more solito examinavit et postridie Leonardini Mariani Gymnasii discipulos eodem modo examinarunt.

Quo<sup>3</sup> die magistri Jacobus Kylpont, David Colles se praeceptores actu professi sunt <apud Leonardinos><sup>4</sup> et ea praestituros quae ad huiusmodi munus pertinent fideliter promiserunt. Eodem die magister Robertus Hamiltoun idem apud Marianos fecit.

23 February 1557-58

xxiii Februarii anno Domini 1558<sup>mo</sup> 5

fol. 181v

Quo die comitiis habitis in Gymnasio Divae Mariae pro eligendis examinadoribus promovendorum ad gradus bacchalaureatus et licenciae, in examinadores electi sunt magister Jacobus Kylpont, magister Alexander Arbuthnot, <magister Robertus Hamiltoun><sup>6</sup>, magister Thomas Smetoun, ad bacchalaureos futuros examinandos; ad licenciandos vero magister Edmundus Hay, magister Thomas Drummond, magister David Colless, et qui quarti preceptoris vices suppleat Decanus Facultatis. Ēt quoniam responsiones generales licenciandi non peregerant ex statuto Academiae propter impedimenta, Facultate satis cognita et tunc proposita, iisdem <Facultas><sup>7</sup> id condonavit. Quo eciam die procuratores Nationum constituti sunt magister

<sup>1</sup> Added above the line. The main verb of the sentence has also been omitted. Perhaps *admonere curavit* is understood from the last sentence.

<sup>2</sup> *subijcerent* in text.

<sup>3</sup> This paragraph is added in a different hand from the preceding minutes. It is the hand of John Rutherford, who writes all his own minutes as from 5 October 1558.

<sup>4</sup> Added above the line.

<sup>5</sup> One would have expected the year to have been given as 1557 (Old Style).

<sup>6</sup> Added in the margin.

<sup>7</sup> Added in the margin.

Ninianus Dalliell, magister Alexander Spens, magister  
Edmondus Hay,<sup>1</sup> magister Thomas Drummond.

1557-1558

Nomina Determinantium

*Gymnasii Mariani*

Johannes Hammiltoun, potens  
Patricius Hammiltoun, potens  
Gilbertus Garding, pauper  
Patricius Balfoure, pauper  
Hercules Ramsay, pauper  
Archibaldus Craufurde, pauper  
Gulielmus Levingstoun, pauper  
Robertus Incheocht, pauper

Thomas Lumisdale, potens  
Johannes Grahame, pauper  
Robertus Mosman  
Gulielmus Hendersone, pauper  
Alanus Gaddy, potens

*Leonardino*

Robertus Douglas, potens  
Donaldus Corswale, pauper  
Joannes Kellocht, pauper  
Robertus Kar, potens  
Duncanus Campbell, potens  
Johannes Ramsay, pauper  
Thomas Hammiltoun, potens  
Jacobus Hammiltoun, potens  
Alexander Campbell, potens

*Salvatoris*

Henricus Thorntoun, potens  
Jacobus Tomsone, potens<sup>2</sup>  
Georgius Scott<sup>3</sup>  
Gulielmus Campbell  
Georgius Hay  
Patricius Maxton, pauper  
Thomas Monorgone  
Georgius Boswald  
Robertus Abircrumby, potens  
Andreas Kyninmond, potens  
Alexander Drysdale, pauper  
Petrus Watson, pauper

1557-1558

Nomina Intransantium

*In primo circulo*

Patricius Constyn<sup>3</sup>  
Lauchlanus M<sup>c</sup>Clane  
Thomas Levingstoun  
Robertus Wynrame  
Archibaldus Hammiltoun

Alexander Coustoun  
Gulielmus Mortoun

*In tertio [circulo]<sup>4</sup>*

Robertus Scrimgeour  
Georgius Nicolson<sup>e</sup>  
Jacobus Wynchister  
Patricius Creycht  
Thomas Bannatyne

*In secundo [circulo]*

David Wod

<sup>1</sup> At the Reformation, Edmund Hay retired to France, entered the Jesuit Order and had a distinguished career. James Melville speaks kindly of his sympathetic treatment of Thomas Smeton, his fellow exile from St. Salvator's, in a time of religious doubt (*Diary*, 73-5.)

<sup>2</sup> *Johannes Tomsone* scored out between these two names.

<sup>3</sup> Otherwise Patrick Adamson, afterwards Archbishop of St. Andrews, 1576-91.

<sup>4</sup> The first three names headed the list *in secundo*, and were there scored out.

5 October 1558

fol. 182<sup>r</sup>

Quinto<sup>1</sup> Octobris anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo 8<sup>o</sup> magister Archibaldus<sup>2</sup> Hammilton praeceptoris munus apud Marianos est professus et a Gymnasiarcha receptus ad dialecticorum classem eodem die inceptam.

[JOHN RUTHERFURD, *Dean*]

4 November 1558

Quarto Novembris anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo comitiis habitis in scholis Marianis pro novo Decano<sup>3</sup> et Questore eligendis. Omnes praeceptores, excepto magistro Thomas Smeton, una voce et consensu magistrum Joannem Ruderfurd in officio continuarunt, et Questorem magistrum Jacobum Kylpont ut superiore<sup>4</sup> anno fuit statuerunt. Assessoresque Dicano elegerunt honestos viros dominum Rectorem, dominum subpriorem, dominum Johannem Dunkeson, dominum Davidem Guthry tercium priorem, magistrum Davidem Guld, magistrum nostrum Simonem Symson, magistrum nostrum Willelmum Crenston Praefectum Salvatoriani Gymnasii, dominum Jacobum Wilke.

7 December 1558

Septimo Decembris anno 1558 dominus Dicanus statuta et leges minime observari tam a praeceptoribus quam discipulis quo ad docendi formam pertinent.<sup>5</sup> Propterea convocata Facultate omnes praeceptores uno consensu decreverunt quatuor honestos viros qui censuram ferant in singulis Gymnasiis de praeceptoribus et discipulis, scilicet dominum Rectorem, dominum subpriorem, magistrum Willelmum Crenston, dominum Johannem Dunkeson, qui diligenter inquirant de moribus et consuetudine tam praeceptorum quam discipulorum et procurarent una cum

<sup>1</sup> A pointing hand in the margin draws attention to this paragraph.

<sup>2</sup> Changed from *Alexander*.

<sup>3</sup> *Dicano* in text. The substitution of *i* for *e* is characteristic of Rutherford.

<sup>4</sup> *supriore* in text.

<sup>5</sup> No verb. A word has been scored out here and further obscured by a blot; but it appears to have been a misspelling of *propterea*.

Dicano legum et statutorum Academiae conservationem punirentque transgressores pro delicti dignitate.

Nomina Bachalaureorum et magistrorum referuntur  
ad librum Questoris<sup>1</sup>

[JOHN RUTHERFURD, *Dean*]

25 November 1559

Comitiis habitis apud Gymnasium Marianum per magi- fol. 182<sup>v</sup>  
strum Joannem Rutherford Dicatum Facultatis 25 Nov-  
embris anno etc. 59, pro eligendo Dicano et examinadoribus.  
Omnes uno ore eosdem superioris anni continuarunt.

15 May 1560

Comitiis habitis 15 Maii anno 59<sup>a</sup> de promovendis disci-  
pulis. Statuit Academia omnes laureandos huius [anni] pro  
laureatis haberi, quod universa reipublicae perturbatione  
et religionis reformatione<sup>3</sup> veteres ritus serviri im-  
pedirentur.

<sup>1</sup> There are no names in the Bursar's Book for the year 1559, but for the years November 1560—November 1562 it lists the following (fol. 46<sup>r</sup>):—*Bachelors*, Alexander Boyd, Jacobus Dalzell, Georgius Ballendyne; *Intrants*, Hercules Carnegie, David Cunnyngnam, Jacobus Askine, Alexander Boyd (Intrant of 1562-1563), Jacobus Dalzell, Georgius Ballenden, Alexander Jardane, Hector Montro, (*intrans simul et baccalaureus*).

<sup>2</sup> An error for 1560. A minute in the Bursar's Book (folio 45<sup>v</sup>) throws light upon the blank months in the *Acta*. Under date, 28 June 1559 (just after the sack of Scone), it reads:

Convocata Facultate Artium in edibus Gymnasii Mariani Facultas presente Decano decrevit suprascriptum Questorem thesaurum publicum per regentes actu equabiliter distributurum. Et ita Decanus ex communibus eorum suffragiis conclusit librumque rationis predicti Questoris singulorum syngraphis subseribendum in eiusdem perpetuum testimonium censuit. Quo die Bedallus nomine magistri Thome Smetoun petiit in tres partes per tria Gymnasia equabiliter distribui dictum thesaurum, cui tota Facultas unanimiter contradixit. Eodem quoque die dominus Rector nihil innovari predictamque distributionem more predicto minime futuram suasit. Cui etiam Facultas reluctata est, presentibus ibidem infrascriptis preceptoribus.

Exoneratio Questoris. Quo die omnibus supputatis thesaurus publicus extendebat ad triginta sex libras iii solidos. Ex qua summa exonerat se prefatus Questor [de] triginta duabus libris octo [solidis] preceptoribus et Bedello distributis. Item [de] viginti solidis pro suo stipendio. Et ita summa onerationis excedit summam exoneracionis tribus libris et tribus solidis.

Signed by John Rutherford, Dean, James Wylke, Alexander Arbuthnot, Robert Hammyltoun, Archibald Hammylton.

<sup>3</sup> *reformationes* in text.

[JOHN RUTHERFURD, *Dean*]8 *January* 1560-61fol. 183<sup>r</sup>

Comitiis habitis apud Marianum Gymnasium 8<sup>o</sup> Januarii anno etc. 60. Continuarunt Dicanum Facultatis in suo officio ad ulteriorem reformationem.

[JOHN RUTHERFURD, *Dean*]7 *November* 1561

Comitiis habitis in Gymnasio Mariano vii<sup>o</sup> Novembris anno etc. 61<sup>o</sup> ad elegendum Dicanum et Questorem. Omnes uno consensu elegerunt magistrum Joannem Rutherford in dicanum et magistrum Archibaldum Hammilton in questorem, polictique sunt omnem operam et auxilium in reformanda Facultate et administratione legitima obeunda.

7 *January* 1561-62

Comitiis habitis 7 Januarii anno suprascripto. Statuta sequentia ab universa Academia sunt rogata lata et confirmata et inviolabiliter observanda donec perfectior Academiae forma praescribatur. Terque quotenis legenda censuit convocatis omnibus tam discipulis quam praecceptoribus publico edicto a Rectore et Dicano proposito.

fol. 183<sup>v</sup>De officio discipulorum<sup>1</sup>

1. Omnes tam praecceptores quam discipuli omnibus contionibus et prophetis intersunt.

2. Ad dialecticam audiendam nemo accedat qui non carmine vel saltem oracione soluta congrue et latine scribat et a Rectore Decano Facultatis et tribus examinadoribus communi Academiae consensu ad id electis admittatur.

3. Admissus quisque ad dialecticam organum Aristotelis et ethicorum libros quos classicus preceptor quotidie interpretabitur habeat, horisque a preceptore prescriptis mature prelectionibus adsit.

<sup>1</sup> The Statutes of 1561-62 are printed by R. K. Hannay in *Statutes*, 60-64. They are in the hand of the scribe who wrote the *Acta* of Rutherford before 5 October 1558, and were probably taken down to dictation, hence the errors and corrections.

4. In disputationibus et publicis et privatis ex prescripto Gymnasiarchae et preceptoris respondeat, neque pro discipulo habeatur qui immunitatem a disputationibus aut a lectionibus petit, vel inconcessam accipit.

5. Ante determinantias, ut vocant, universam disserendi artem et 2 libros ethicorum audiat et de iisdem antequam bachilarius fiat examinatorebus publice respondeat.

6. Gradu bachalauriatus ornatus, libros naturalis philosophiae, id est de principiis, ortu et interitu, caelo, metheoris, animo animalium animatorumque corporum affectibus assiduo sub preceptore aliquo audiat <si comode fieri possit>,<sup>1</sup> publicis privatisque disputationibus intersit.

7. In stadii exitu antequam ad examinationem pro licencia adipiscenda admittatur publice themata ex omnibus libris quos integro philosophiae stadio audiverat decerpta proponat, omnibusque Academiae preceptoribus de iisdem modeste respondeat et edicto publico ad id diem dicat.

8. Tempus integrum ab Academia prescriptum <nempe triennii et semis><sup>2</sup> in audienda philosophia sine intermissione consumat et, si longiores ferias egerit quam statuta Academie ferunt <nempe quotannis menses duos><sup>3</sup> ad inferiorem classem dimittatur, et si bursarius fuerit bursa privetur nisi morbus vel aliud impedimentum obstiterit.

9. Examinatorebus sine opera preceptoris respondeat, et preceptoris singulis annis antequam ad examinationem admittatur triginta solidos (nisi pauper fuerit) pendat<sup>4</sup> sive bursarius sit sive non.

#### De preceptoris officio

1. Nemo philosophiam<sup>5</sup> publice profiteatur aut doceat nisi qui in celebri aliqua academia se in philosophia exercuerit, et in hac a Rectore, Decano Facultatis ceterisque preceptoribus probatus admittatur.

<sup>1</sup> Added in the margin.

<sup>2</sup> Added in the margin. Ungrammatical. ? *triennium et semissem*.

<sup>3</sup> Added in the margin.

<sup>4</sup> Altered from *expendat*.

<sup>5</sup> *philosophia* in text.

2. Singuli preceptores Aristotelis organum et libros ethicorum primo anno interpretari aggrediantur et anno vertente ad Pascham<sup>1</sup> absolvant <si commode fieri possit>.<sup>2</sup> Deinde naturalem philosophiam incipiant. Postremo libros primae philosophiae et elementa mathematica legant. Suis perlectionibus singulos suos discipulos interesse cogant. Nemo publice privatimve actum celebret nisi praemonitis presentibusque Rectore et Decano.

3. In classe vel extra classem discipulos Scotice loqui, pcerare, contumeliosis aut obscaenis verbis <uti><sup>3</sup> impune non sinat.

4. Lusus illiberales cum discipulo non exerceat. Neminem in classem recipiat nisi ex gymnasiarchae prescripto. Nemini syngraphum suum in eius diligentiae testimonium concedat nisi plene officium prestiterit Decanumque et Rectorem premonuerit quid diligentia et eruditione in stadio philosophico prestiterit, ne quis indignus manumittatur.

#### Gymnasiarchae Officium

fol. 184r

1. Cavebit gymnasiarcha <ne alii libri><sup>4</sup> quam qui Latine aut Grece pure philosophiam contineant, cuiusmodi sunt Aristotelis Platonis Zenophontis [*sic*] Ciceronis et id genus scriptorum, in gymnasio pro philosophicis legantur. Ne preceptores vel discipuli suo officio desint diligenter curabit, et si quis discipulus ultra duos<sup>5</sup> menses a suo gymnasio abfuerit ad eandem classem in qua ante fuerat ne recipiatur sed ad inferiorem classem remittatur.

2. Syngraphum suum sine preceptoris syngrapho discipulis in testimonium diligentiae et prestiti muneris non det.

#### De Examinatoribus

Primo die Quadragesime habeantur comitia<sup>6</sup> in quibus tres ex doctissimis preceptoribus ad bachilarios et totidem

<sup>1</sup> *Pascha* in text.

<sup>2</sup> Added in the margin.

<sup>3</sup> Added above the line.

<sup>4</sup> Added above the line.

<sup>5</sup> Altered from *unam mensem*. There are several alterations and deletions throughout.

<sup>6</sup> These opening words were written at the end of the last section, and cancelled. There is a pointer in the margin opposite this item.

<ad><sup>1</sup> licentiandos examinandos eligantur, sed ita tamen ut nemo priorum discipulorum examinatus fiat, qui Decano in hanc formam que sequitur jurabunt. Primum quod fideliter deposito omni odio et favore suum munus exercebunt, deinde quod ad examen neminem admittant sine syngrapho preceptoris et gymnasiarchae, quo illis testatum sit prescriptos ab Academia libros audivisse et tempus constitutum absolvisse. Finita autem examinatione omnibus discipulis a Rectore et Decano convocatis, indoctorum nomina R.<sup>2</sup> litera per apparitorem signabunt, qui levi admonitione ad inferiorem classem demittantur,<sup>3</sup> doctorum vero A.<sup>4</sup> litera ut intelligat dignos esse ut admittantur.

#### De tempore, feriis et impensis

1. Omnibus profestis diebus quilibet preceptor <ter><sup>5</sup> in die <et tribus horis><sup>6</sup> in Aristotelis interpretatione occupetur usque ad decimum quintum Augusti, ab eo autem usque ad Kalendas Octobris feriari licebit.

Themata<sup>7</sup> ex arte disserendi ante <Calendas Decembris><sup>8</sup> proponantur tractenturque questiones ex morali philosophia discipulorum industria eodem tempore, nec plures <septem><sup>9</sup> uno die dicant. Celebretur convivium<sup>10</sup> non sumptuosum. Chirrotecae distribuuntur preceptoribus.

#### Haec de determinantiis

In responsionibus quas vocant artis disserendi moralis naturalis et primae philosophiae theses proponantur publicoque edicto omnes professores philosophiae invitent ad disputandum, respondeantque ingenue et modeste. Inter

<sup>1</sup> Added above the line.

<sup>2</sup> For *reiiicimus*. See *Statutes*, 63 n.

<sup>3</sup> *demittatur* in text.

<sup>4</sup> For *admittimus*.

<sup>5</sup> Above the line; altered from *bis*. In margin: *tres horae quotidie*; and a pointer.

<sup>6</sup> Added above the line.

<sup>7</sup> In the margin and obscured in the binding is a note in a different hand; apparently *Vide Universam pag. lit. a.*

<sup>8</sup> Above the line; altered from *decimum Novembris*.

<sup>9</sup> Above the line; altered from *sex*.

<sup>10</sup> *conviviorum* in text.

autem disputandum senioribus cedant juniores preceptores—juniores intelligo non etate sed officio—equales<sup>1</sup> vero qui tempore in scolam antecesserunt<sup>2</sup> in disputando precedant ne fiat confusio vel tumultus.

In *determinantiis*<sup>3</sup> triginta solidos ad minimum, nisi pauper censeatur, ad sumptus convivii faciendos, et portionem augmentandam quilibet largiatur. Cum vero pileo, donantur viginti solidi.<sup>4</sup> Jentacula nulla fiant in urbe, nullique sumptus in cubiculo Decani. Quod si quis jentacula fecerit tantum pecuniae persolvat Questori quantum in jentaculo perpenderit.

fol. 184<sup>v</sup>

Examinatoribus<sup>5</sup> et Questori futuri bachilaurii (nisi pauperes judicentur) antequam examinentur sive admittantur sive reiiciantur quinque solidos pendant apparatori, tres solidos Decano, et Rectori quatuor solidos. In *determinantiis* examineribus 8 solidos, Questori duodecim <nummos><sup>6</sup> Decano et Rectori duos solidos.

Feriarum<sup>7</sup> licebit ad summum a Kalendis <Augusti><sup>8</sup> usque ad Kalendas Octobris exclusive, quod si quis contra fecerit in inferiorem classem redigatur, et si bursarius fuerit bursa privetur.

### Summa impensarum apparatori

Apparatori<sup>9</sup> solvant prima receptione duos solidos si potentes sint; octodecim nummos si pauperes; tempore bachalauriatus septem solidos si potentes et quadraginta nummos si pauperes; tempore responsionum duos solidos

<sup>1</sup> i.e. if they are of equal status, then those who have been longest in the school shall take precedence.

<sup>2</sup> The ending is blurred. It might read *antecesserint*.

<sup>3</sup> These words are underlined, and there are pointers in the margin.

<sup>4</sup> In text: *donatur viginti solidos*.

<sup>5</sup> In the margin the letter *R.* (*Reiicimus*). Beneath are the words: *Inseratur hic vetus statutum*.

<sup>6</sup> Added in the margin; alongside it there is a pointer.

<sup>7</sup> *cum* in text. There are several careless mistakes in this minute; a *Kalendis Augusti* was originally written a *Kalendis Septembris*, and the wrong word was cancelled in the correction, so that the text reads a *Augusti Septembris*. *Exclusive* appears as *exclusionione*. In the margin is the letter *A.* (*Admittimus*).

<sup>8</sup> Added above the line.

<sup>9</sup> In the margin, a pointing hand. Beneath: *Inseratur vetus statutum*.

si potentes et octodecim nummos si pauperes; tempore magisterii 8 solidos quilibet solvat.<sup>1</sup>

### Gymnasia<sup>2</sup>

Nemo <discipulorum><sup>3</sup> migret de gymnasio in aliud gymnasium sine gymnasiarchiae venia <si semel in classem cooptatus fuerit.><sup>4</sup>

Si quis supplicium fugerit ab uno gymnasio in aliud ne recipiatur.

Nemo arma ferat preter scolastica.

[JAMES WILKIE, *Dean*]

2 November 1562

Anno 62.

Comitiis habitis secundo Novembris in Gymnasio Mariano pro dicano quaestore et intrancium<sup>5</sup> examineribus elegendis. Communi omnium consensu Mr. Jacobus Wylky in dicatum et Mr. Andreas Pulvert in quaestorem est electus. Examinatores<sup>6</sup> vero magistri Archibaldus Hamilton, Thomas Buchananus et <Nicolaus><sup>7</sup> Dawgles, qui examen aggredientur decimo Novembris proximo. Superioribus statutis quoniam quidam sumptus desyderari videbantur qui non expremebantur, sumptus solitos fieri ab adolescentibus decretum est in omnibus.

Jo. Rutherford.<sup>8</sup>

8 February 1562-63

Comitiis habitis in novis scholis Marianis octavo die Februarii pro electione assessorum in compoto audiendo Collegii Salvatoris. Designati sunt magister Joannes fol. 185r

<sup>1</sup> *tempore xii nummos* cancelled after *solvat*.

<sup>2</sup> *Gymnasiae* in text. The heading has been misplaced between the first and second paragraph.

<sup>3</sup> Added above the line.

<sup>4</sup> These words have been cancelled.

<sup>5</sup> Written again after *elegendis*.

<sup>6</sup> Promotion examinations were recommended in the Book of Discipline (Dickinson's *Knox*, ii, 298-9).

<sup>7</sup> Added above the line; altered from *Andreas*.

<sup>8</sup> Signature of John Rutherford who has written the minute.

Wynrame superintendens,<sup>1</sup> magister Robertus Hammyl-toune, magister David Colless, magister Joannes Lamonth. Et audita supplicatione Andree<sup>2</sup> Atoun, Guilielmi Hartt et Georgii Synklair, Facultas dispensavit cum iisdem quo ad actum bachilariatus tantum. Et decrevit annuas disputa-tiones quas vocant<sup>3</sup> vicos futuras in edibus Marianis.

2 March 1562-63

Comitiis habitis secundo Martii in Gymnasio Mariano pro eligendis examinadoribus. Quo die per Facultatem <Artium><sup>4</sup> concludente Decano electi sunt examinadores determinantium M. Robertus Hammilton, Andreas Pulvar, David Colless, et pro magistris examinandis magistri Archibaldus Hamulton, Necolaus Daugles, Thomas Buchananus.

1562-1563

Nomina Determinantium in Collegio Leonardino

Gualterus Achthine  
Joannes Gordon  
Gulielmus Colless

Archebaldus Bankhed  
Archebaldus Hog

[JAMES WILKIE, *Dean*]

5 November 1563

fol. 185<sup>v</sup>

Comitiis habitis 5<sup>o</sup> Novembris in Gymnasio Mariano pro Dicano, Questore<sup>5</sup> et intrantium examinadoribus [eligendis]. Communi omnium consensu M. Jacobus Wylke in dicandum et M. Andreas Pulwert in questorem est electus. Examinadores vero magistri Thomas Buchananus, Necolaus Dawgles, Alexander Hammiltoun, qui aggredientur examen decimo Novembris.

<sup>1</sup> John Winram was elected Superintendent of Fife and Strathearn on 15 April 1561 (*St. Andrews Kirk Session Register*, i, 73.)

<sup>2</sup> *Andra* in text.

<sup>3</sup> *vicant* in text.

<sup>4</sup> Inserted above the line.

<sup>5</sup> Altered from *Questori*.

## 5 March 1563-64

Quinto Marci anno 1563 comitiis habitis in Gymnasio Mariano electi sunt examinatores determinantium magistri Arcebaldus<sup>1</sup> Hammilton, Necolaus Daugles, Thomas Buchanan; et intrantium magistri Robertus Hammilton, Necolaus [Dawgles], Guelielmus Wod, Andreas Pulvar.

## 1563-1564

Nomina Determinantium.<sup>2</sup>

## Nomina Intrantium

Joannes Gordoun  
Gualterus Athyne  
Gulielmus Collece  
Archebaldus Bankhed

Andreas Symsones  
Thomas Biggar  
Gulielmus Braedfet  
Archebaldus Hog

[JAMES WILKIE, *Dean*]

## 2 November 1564

Comitiis habitis 2<sup>o</sup> Novembris anno 1564 in Gymnasio fol. 186<sup>r</sup> Mariano pro Dicano, Questore<sup>3</sup> et intrantium examinatoribus [eligendis]. Communi omnium consensu aut maioris partis magister Jacobus [Wilkie] in dicano et magister Necolaus Dawgles in questorem sunt electi; examinatores magistri Andreas Pulvert, Necolaus Dawgles, Joannes Skein.

## 19 March 1564-65

Comitiis habitis 19 Martii anno 1564 in Gymnasio Mariano electi sunt examinatores determinantium magistri Nicolaus Dawgles, Andreas Pulvar, Alexander Hammilton, et intrantium magistri Arcebaldus Hammilton, Thomas Buchanan, Archebaldus Wylke.<sup>4</sup>

<sup>1</sup> Altered from *Arsbaldus*. The whole entry shows signs of haste.

<sup>2</sup> No names appear in the column for determinants, and there is no account in the Bursar's Book.

<sup>3</sup> Altered from *Questori*.

<sup>4</sup> No lists are recorded for the year November 1564-November 1565, but the following names are given in the Bursar's Book (fol.47<sup>v</sup>): *Intrants*: Joannes Colvyn, Joannes Lindsay, Gavinus Hammiltoun, Guilielmus Colwe, Edmondus Willokis. *Bachelors*: Guilielmus Cairnecors, Guilielmus Carnegeye, Joannes Carnegeye, Joannes Provand, Jacobus Macgill.

[WILLIAM SKENE, *Dean*]

3 November 1565

Comitiis habitis in scholis Marianis tertio die Novembris anno restitutae Salutis 1565. Communibus suffragiis et uno consensu elegerunt omnes magistrum Gulielmum Skeyne juris licenciatum<sup>1</sup> Sanctiandree commissarium et Conservatorem privilegiorum eiusdem in decanum Facultatis Artium, magistrum Alexandrum Hammiltoun in questorem. Et in examinatores magistros Nicolaum Dalglesch, Andream Pulwart et Johannem Skeyne. Qui quidem Decanus bona fide pollicitus est se effecturum ut leges ab omnibus tum preceptoribus tum discipulis observarentur ad communem reipublicae literariae usum ac utilitatem.

Quo die ad audiendum rationes Bursarii communis et Questoris electi sunt dominus Rector, magistri Robertus Hammiltoun, Wilhelmus Ramsay, Jacobus Wylke.

Praeterea eodem die designati sunt dominus Rector, magistri Joannes Rudirfurd, Wilhelmus Ramsay, Robertus Hammiltoun, Jacobus Wylkie, Archibaldus Hammiltoun et Nicolaus Dalglesche, qui domino Decano in rebus agendis adsint et in gravioribus controversiis dirimendis (si quae occurant) fidele consilium et auxilium praestent sub pena in statutis contenta.

1565-1566

Nomina Baccalaureorum in Collegio Mariano anno  
Domini 1565

Alexander Guthre  
Alexander Heriot  
Robertus Spens  
Gilbertus Broun  
Jacobus Foulis  
Jacobus Scot

Homerus Maxuell  
Joannes Craig  
Thomas Broun  
Jacobus Ballantyne  
Joannes Carrolie<sup>2</sup>

<sup>1</sup> Mr. William Skene was already a licentiate in both laws, when he was incorporated in St. Mary's College in 1556 (*Early Records*, 264).

<sup>2</sup> The names are all numbered. *Robert Spens* was written in fifth place but advanced to the third. *Gilbert Broun* was changed from third to fourth.

1565-1566

In Collegio Leonardino Baccalaureorum nomina  
anno 1565fol. 186<sup>v</sup>Jacobus Betoun  
Jacobus Schoriswod  
Olivarius Colt  
Andreas ClayhillisGulielmus Strang  
Robertus Wylkie  
Jacobus Ritsche  
Robertus Wylkie<sup>1</sup>

1565-1566

Nomina Licenciatorum sive Intransium in Collegio  
Mariano 1565M. Gulielmus Carnegy  
M. Joannes CarnegyM. Joannes Prowand  
M. Joannes ScottNomina Licentiarum sive Intransium in Gymnasio  
Leonardino eodem annoM. Patricius Auchlek  
M. Paulus KeytheM. Eduardus Aikin  
M. Alexander Dunmuyre<sup>2</sup>ACTA VIRI HONESTI M. ARCHIBALDI<sup>3</sup> HAMMYLTOUN DECANI  
FACULTATIS ARTIUM

5 November 1566

Comitiis habitis in scholis Marianis 5 Novembris anno Domini 1566 pro eligendis Decano et Questore. In decanum M. Archibaldus Hammyltoun, in questorem autem M. Thomas Buquhannande omnium consensu delectus est. Quo die insuper assessores, quos vocant qui *Decano in rebus*<sup>4</sup> omnibus consilio et auxilio adsint, hi precipue communibus suffragiis nominati sunt: M. Nicolaus Degleische, M. Andreas Polward, M. Thomas Bocquhanane, M. Alexander Hammyltoun.<sup>5</sup>

15 and 25 January 1566-67

15<sup>6</sup> Januarii anno supradicto habitis comitiis Facultatis Artium in scholis Marianis pro restituendis ac Latinitate donandis Facultatis Artium legibus visum est toti Facultati ad vitandum omnem in suffragiis ferendis perturbationem ex probioribus simulac prudentioribus ex singulis gymnasiis

<sup>1</sup> Altered from *Walkar*.<sup>2</sup> Altered from *Muire*. Some of the names in these lists are entered in the Bursar's Book for the year November 1565—November 1566 (fol. 48<sup>r</sup>).<sup>3</sup> Altered from *Alexandri*.<sup>4</sup> These words are underlined, with a hand in the margin pointing to them.<sup>5</sup> 25 Februarii scored out after *Hammyltoun*.<sup>6</sup> Changed from 25.

eligere qui ex veteri codice statuta in compendium traherent ut sic in formam meliorem digesta minori cum perturbatione rogari possent.

Quo die insuper conclusum est, domino Rectore et quibusdam aliis praesentibus, bursam *Universitatis*<sup>1</sup> ut vocant superioribus multis annis cum bursa Facultatis Artium promiscue confusam *distinguendam*<sup>2</sup> esse, que distinctio vigesimo quinto Januarii sequentis in cubiculo Decani ab Auditoribus rationum, quibus ea cura demandata fuit a Facultate Artium, peracta est.

20 February 1566-67

20 Februarii convocatione Facultatis Artium pro rogandis legibus in scholis Marianis per viatorem facta. Primum de religione caput omnium consensu confirmatum et ratum habitum est. Insuper caput de examinationibus tum baccalaureorum tum licentiatorum simul cum capite de expensis faciendis rogatum est et omnium suffragiis approbatum. Reliqua vero statutorum capita propter temporis angustiam et examinationum tempus tum prope instans in alium diem roganda differebuntur.

1566-1567

fol. 187r

Nomina Baccalaureorum per examinis rigorem  
admissorum anno 1566<sup>3</sup>

*In Collegio Mariano*

Jacobus Foulis  
Georgius Monro\*  
Hercules Rollock\*  
Joannes Arthuir  
Jacobus Hammiltoun  
Franciscus Adamson  
Gulielmus Edmiltoun  
Antonius Young

Thomas Ramsay  
Valterus Buquhanane  
Thomas Andersoun  
Homerus Blair  
Joannes Makcailzane

*In Collegio Salvatoris*

Gulielmus Ramsay, potens  
Joannes Baxter, potens  
Joannes Carre

*In Collegio Leonardino*

Alexander Fairlie  
Joannes Prestoun\*  
Joannes Russell  
Jacobus Wischart  
Archibaldus Fairlie\*  
Robertus Hoig

<sup>1</sup> Underlined in text, and a pointing hand in the margin draws attention to the minute.

<sup>2</sup> Underlined in text, and a pointing hand in the margin.

<sup>3</sup> The names marked with an asterisk in the following lists appear in the Bursar's Book in the academic year 1566-1567 (fol. 48r-48v). Audits were held in November 1566 (Alexander Hamilton, Questor) and in November 1567 (in the absence of Thomas Buchanan, Quaestor).

1566-1567

## Nomina Manumissorum 1566

*In Collegio Mariano*

Ma. Alexander Guthre\*  
 M. Jacobus Foulis\*  
 M. Alexander Hereot\*  
 M. Robertus<sup>1</sup> Spense\*  
 M. Thomas Broune  
 M. Jacobus Bannantyne  
 M. Homerus Maxwell  
 M. Joannes Craig  
 M. Joannes Carolie

*In Collegio Leonardino*

M. Jacobus Betoun\*  
 M. Jacobus Schoriswod\*  
 M. Oliverus Colt  
 M. Jacobus Ritsche  
 M. Gulielmus Strong  
 M. Robertus Wilkie  
 M. Robertus Wilkie

[JOHN RUTHERFURD, *Dean*]2 *November* 1567

Comitiis habitis in scholis Marianis 2 Novembris anno fol. 187<sup>v</sup> etc. 1567 pro eligendis Dicano et Quaestore. In dicandum J. Rutherford et in questorem Willelmum Culless elegit Facultas. Assessores vero Dicano decreverunt magistrum Georgeum Buchanane,<sup>2</sup> M. Robertum Hammilton, M. Willelmum Ramsay et M. Jacobum Wilke.

M. J. R.<sup>3</sup>12 *March* 1567-68

Comitiis habitis xii Marcii 1567 pro examinadoribus bacchalaureorum et laureandorum eligendis. Electi sunt pro bacchalaureis ex Gymnasio Mariano M. Jacobus Hammilton, Leonardino M. Nicholas Dawgles, Salvatoriano M. <Jacobus Martyn><sup>4</sup>; pro laureandis vero magistri Joannes Carnegy, Willelmus Colless, Thomas Brown. Praeterea petitioni M. Willelmi Ra[m]say Vicecancellarii<sup>5</sup> qui labori praemiolum aliquod responderi petivit, responsum est id quod quarto solet examinadori dari illi concedendum.

M. J. R.

<sup>1</sup> *Roberto* in text.<sup>2</sup> On the retirement of Duncanson, Buchanan returned to St. Andrews as Principal of St. Leonard's, 1566-1570.<sup>3</sup> Signature of Mr. John Rutherford, who begins again to write the minutes.<sup>4</sup> In the margin; altered from *Thomas Brown*.<sup>5</sup> *Vicicancellarii* in text.

23 *March* 1567-68

Die 23 Marcii 1567 bacchalaarii ex Novo<sup>1</sup> Gymnasio confirmati sunt David Graham, Jacobus Hammilton, Jacobus Foster, Johannes Hammilton, Thomas Dykison.

M. J. R.

*April* 1568

fol. 188<sup>r</sup>

Nomina Magisterio ornatorum 1568 mense Aprilis

*In Mariano Collegio*

Jacobus Fowlis  
Georgius Monro  
Hercules Rollok  
Joannes Arthor  
Jacobus Hammylton  
Guillelmus Edmeston  
Antonius Young

Thomas Ramsay  
Walterus Buchanan  
Thomas Anderson  
Homerus Blair  
Joannes Makkallion

*In Leonardino Collegio*

Alexander Fairle  
Joannes Preston  
Jacobus Wyschart  
